



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

Quæst. I. De affectibus quos erga seipsum amore suo exercet Deus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

QVÆSTIO I.

De affectibus quos erga seipsum amore suo exercet Deus.

¶ Vm Deus seipsum actu, & exercit essentia sua, suaque omnia absolute possideat, ac desiderium boni desiderati absentiam, seu possessionis negationem essentialiter importet; nullatenus desiderio aliquo erga se versari posse certissimum est: gaudij vero amore versari est Theologis cunctis indubitatum; quamvis nomen amoris, & gaudij etiam indecens aliquid, ac Deo indignum vniuersim importare Philosophi docuerint: de amore Aristot. 2. magorum moral. cap. 2. i. sub init. & 2. econom. cap. 4. init. ex Homero eum autem, & alios reprehendit Dionys. de diuin. nomia. cap. 4. circa med. vocisque honestatem commendat, quam in honestis frequentioribus hominibus, Dissique gentium attributa sapie amoris turpitudine suspectam auribus, etiam tunc, fecerat: idcirco Origen. Prologo in Cantica amoris nomine eis libris, & aliis plerumque sacris pro infirmioribus omisso, dilectionis, & charitatis vocabulis fuisse illud suppletum. Gaudium etiam relegandum à Deo censuit Plato in Philebo, seu de summo bono; sed illud plane, quod passionem, & commotionem animi passioni tristitia, quam simul à Deo relegat aduersam. Admittendus igitur absque vilo metu in Deo amoris nomen est, vt Dionysius proximè ait: cum Ioann. 16. dicatur: Ipse enim Pater amat vos quia vos me amastis, & Petrus Ioann. 20. non semel nec illaudarus, nec impræmiarius Christo Domino respondit. Tu sis Dominus, quia amo te: gaudium vero eo nomine sepe Deo, & Christo in scripturis tribuitur; solus ergo Epicureorum grex Deos, quem suis vitis stupidum, ac insensatum volebant, amorem boni absolute, ac vniuersim, malique auersionem, odiumque negant, idè de gaudio Dei circa seipsum questio non est: quare nec de amoris circa seipsum prædicato generico, quod gaudium, & desiderium, tanquam eius species includunt; sed de amore, quem strictum vocant, quique speciem amoris à desiderio, & gaudio diuersim constituit: ac de gaudio ipso Dei erga seipsum: an propria amicitia sit, an vero sola concupiscentia.

CERTAMEN I.

De amore stricto difficultatis scopus & Doctorum sententiæ.

¶ DE diuina bonitate, ac Deo, vt obiectum quod amatur præsens, est difficultas: nam de amore Dei, qua vnus persona in alia, seu aliis diuinis complacet ob infinitam cuiusque bonitatem, & perfectionem directè ad amorem amicitia spectante alia est difficultas: de qua obiter dicemus nihilominus, dum aduersationem in præsentis difficultatis decisione fundamentis occurramus: in præsentis igitur difficultate dupliciter procedi potest, & discuti. Primo absolute absque aliqua suppositione, quod scilicet amor strictè dictus specie à gaudio, & desiderio distinctus absolute possibilis sit, de factoque in nostris affectibus & voluntatibus creatis detur: si enim necque creatus amor specificè à desiderio, & gaudio diuersim dari posset: cum tamen facilius in creatis status boni ab absentia, & præsentia, siue sui possessione præcipientis (in quo speciem illam tertiam amoris stricti constituunt Scholastici) percipi possit: citius, certiusque in Deo, in quo bonum inuincibilem à possessione, præsentiaque actuali sui præcipientis

conciipi nequit, species illa amoris stricti erit deneganda. Secundo potest disputari questio suppositione facta, quod species illa amoris stricti à gaudio, & desiderio diuersa, non repugnet, ac de facto in nostris creatis affectibus inueniatur. Primo illo sensu eam disputant, negantque Aureolus in 1. d. 1. q. 2. art. 1. prop. 1. & d. 4. q. 1. art. 2. colum. 1. contra quem latè Capreol. d. 1. quest. 1. art. 3. init. & d. 4. q. 9. vn. art. 1. colum. penult. ad argum. cont. conclus. 9. Secundo vero sensu ex hypothese, quod eiusmodi amoris stricti species à desiderio, & gaudio diuersa non repugnet, de factoque in nostris creatis affectibus reperitur præsentem questionem versant Theologi reliqui, præsertim non admodum antiqui, & huiusce sæculi Recentiores: quorum præsertim speciem hanc amoris stricti in Deo admittunt discursus, & sentiendi modi diuersi sunt, ac summam in primis recensendi.

1. Ratio autem difficultatis contra affirmatiuam sententiam ex hypothese dicta proponenda in primis est: quid eius auctores discurrent, planius percipiamus. Tota verò difficultas est: Dei bonitatem acquiram posse à sui existentia actualitate, & identica possessione verè præcedere. Tum: quia essentia sua Deus, omniaque diuina actu, & exercit essentia sua physice sunt. Tum etiam: quia diuina bonitas, & perfectio infinita simpliciter & genere, & conceptu suo, vt de diuinis omnibus diximus, est: ac proinde existentiam, præsentiam, & possessionem, quæ bonitates, siue, vt ita dicam, partes bonitatis essent, ni essentialiter, metaphysice etiam, in bonitate, & perfectione Dei clauderentur continerent: vel potius bonitas, & perfectio diuina, etiam formaliter sunt: ergo acquiri Deus se bonum, siue ob suam bonitatem, & perfectionem amans, quin se amet ob illam, vt existentem exercit, & actu in seipso, atque à se identicè possessam: atqui amor omnis de bono, seu bonitate possessa, vt possessa est, gaudium, & delectatio strictissime, & propinquinèque possessam fieri potest, vt distincta sub genere amoris & condistincta à gaudio, & desiderio species sit, ac spectabile ex parte obiecti motuum atque specificarum habeat: ergo admittit etiam in affectibus creatis specie amoris stricti, à desiderio, & gaudio diuersa, amor strictus in Deo admitti nequit.

2. Hoc argumentum (quod à se inuentum motu citando loco gloriatur Martinus Albiz, multisque repletis propriis auctum) euellit primus citandus Valentinus Herize suaque difficultate multorum subtilium & profundorum Recentiorum ingenia torfit, atque ex multis sæculis tumultuam apud Scholasticos scriptores questionem nostro hoc sæculo exhumauit, & celebrem reddidit difficile ex eorum solum fide, non autem ex proprio sensu, ait Recentior exoticus, vt ingenij eius singularitas, non solum in sentiendo, quod nullus, sed & in non sentiendo, quod omnes, proderetur. An vero argumenti huius ictum iure non sentiat infans ex doctrina peculiari, qua illud eleuare contendit apparet. Stant ergo pro affirmante sententia Capreolus & Antonius Perez citati, Ruiz de Montoya d. 12. lectio 1. Puente Hurtado manuscripto de voluntate Dei, Quins d. 68. sect. 3. atque apud ipsos ignominati alii Recentiores, estque nunc sententia plurium; citantur pro eadem sententia ex antiquis Theologis alii, præsertim S. Thomæ locis pluribus, & ex doctrina Aristotelis eam deducere contendunt citati Doctores; eorum tamen doctrinæ, & testimoniis genuina, vt reor interpretatione, fieri facit certam. 2. solus ergo ex non admodum recentibus stat me indice Soarez expresse libro 3. de attribut. positia cap. 6. num. 7.

3. Communis modus satisfaciendi præfato argumento, atque affirmatiuam sententiam ex hypothese facta à ratione fundandi est: quia, licet Deo eius bonitas vera ac non in ipso facta non nisi actu præsens, ipique identicè possessa, siue, vt sui ipsius actualis & exercitæ possessio, sit: nec, nisi scilicet, bonitas ab actualitate præcipientis tribui Deo queat; quare neque à Deo in seipso cognosci, vt argumentum factum, assumit, est: vt in eo etiam dicitur possessio ipsa bona seu bonitas est: ergo est in Deo motuum amoris stricti erga seipsum, ac subinde

non solum gaudium, & generale prædicatum amoris in eo includitur: sed etiam strictus amor specie à gaudio diversus consequentia probatur: quia gaudij huius stricti obiectum speciale motuum, & specificatum est bonum seu bonitas particularis, nec solum genericè sumpta, quæ talis: atqui Deus, cuiusque bonitas vt possessa, immò possessio ipsa bona, & bonitas particularis est: ergo in Deo bonitas, vt possessa immò & possessio ipsa est obiectum amoris stricti speciale: quare & amore stricto, est re ipsa identificato cum gaudio, amabitur: immò non ita amari non poterit, cum possessio ipsa de qua Deus gaudet essentialiter bona sit, & quia bona ametur. Quod fecus in bonitatibus creatis, bonitque quæ talibus contingit: quorum possessio, nec bonitas, nec amatum bonum clientia sua est: sed quid ab ea v. g. à sanitate, honore diversum: quare sanitatem, quia bona est strictè amamus, de cuiusque possessione gaudemus, quia, per illam vitam sanitatem possidemus. Ita respondit primus argumentum factum, & itaque assumptæ conclusionis probationem à ratione simul dedit Pater Puente Hurtado, ex quo Quirós, & Recentiores nostri Castellani, & Tolosanique.

7. Equidem acutior, strictiorque solutio, & probatio est, quam illa à nostro Ruiz adhibita: quia conatit existentiæ actuali, & possessionem sui, bonitque suæ in Deo formaliter, & à conceptu suo bonitatem, bonamque formaliter non esse, magis, quam Dei veritas, immensitas, bonitates formales, seu bona formaliter, & substantiæ à conceptu suo sunt, sed solum adiectiue metaphysicè: sicut, cum Deus perfectio- nem, & veritatem suam amat, non tamen, quæ veritatem formaliter amat (sic enim solum à scientia attingitur) sed solum materialiter, vt bonitatis diuinæ subiecta: inde vero in gaudio, quod de bono possessio, seu bonitatis suæ possessione est, est amoris genericè sumpti ratio formaliter sit: non autem amoris stricti gaudij ipsi identificati, qui in bonitatem particularem Dei, quæ rationem, siue bonum Dei substantiue metaphysicè, siue formaliter, quæ tale, ex specie sua fertur: est respectus hic tendentis in Dei bonitatem, seu Deum formaliter substantiue metaphysicè bonum gaudij ipsi de se possessio identificatus, ac proinde strictus sui ipsius amor respicitur. In hanc rationem, & argumenti solutionem recitat Recentiorum aliorum solutio, cuius alij meminerunt, postquam verosimiliter satis fulcitur ex doctrina verosimiliori nobis, quæ contrarij, & controuersæ Trinitatis d. 6. §. 3. nullum diuinum prædicatum præter essentialitatem à formali suo conceptu existere, esse veritatem, siue ens substantiuum neutrum metaphysicè: sed solum adiectiue metaphysicè, tunc physicè identitatis cum essentiali, seu prædicato entis à se quo illam metaphysicè constituitur: siquidem actualitas essendi in linea entis, & essendi solummodo est: non autem in lineis, aliorum prædicatorum attributuum: cuiusmodi bonitas, & bonum in Deo censentur: quare bonitas, bonumque substantiue Dei formaliter: quæ tale, diuersum quid ab eius actualitate essendi in Deo & possessione eius est.

8. Verum solutio hæc, & ratio secunda præclusa argumentum ipso, cui respondet, omnino est: cum in eo bene ponatur actualitatem essendi in Deo de conceptu essentiali bonitatis Dei, atque ipsius, quæ boni formaliter substantiue esse. Maxime in ita respondentium, & de reliquorum (nobis & aliquot antiquorum exceptis) sententia: qui prædicatum entis omnia diuina prædicata de pro personarum numero multiplicari: cum autem omnis entis diuini ratio sit ratio entis à se, ac proinde actualis exercitium à conceptu suo essendi, siue essentialiter, siue attributualiter, in bonitate ipsa, est attributum formaliter sit, ratio formalis possessionis actualis Dei includitur: immò, & in actualitate essendi, seu possessione ipsa bonitatis diuinæ ratio, vt iam contra meumque solutionem, & rationem urgebo: unde conclusio prædicati entis à se à conceptibus attributuum, & personarum formaliter metaphysicè sumptorum rationem, & solutionem suam confirmare non possunt: cum doctrinam nostram non respiciunt modo, sed flammantur, & tanquam exorticiam, temerariam pa-

rumque tutam (est immerito vt citato loco de Trinitate ab authoritate ratione, & communium principiorum consequentia ostendimus) exhortent. Secundò vt citata d. 6. de Trinit. q. 2. & 3. ostendimus, veritas, bonitasque diuina prædicatum entis à se, non solum in se formaliter claudis, sed ipsi formaliter metaphysicè est: solaque nominis diuersitas alterutrum, quoad intrinsecum ipsis, & metaphysicè, considerati, & inter se, & ab essentia diuina metaphysica est: quare doctrina nostra de exclusionem formali metaphysica prædicati entis à se prædicatis attributualibus, & personarum diuinis rationem, & solutionem hanc secundam inuare minime potest.

7. Impugnatur ergo solutio prima: quia iuxta eam amor nullus Dei præcludit, adhuc formaliter metaphysicè siue præfessione solum formali, siue etiam obiectiua (quod nihil ad rem facit præsentem) ab actuali, & exercitæ existentia, assistentia, possessione bonitatis suæ, siue à summo bono possessio vt possessio: ergo omnis amor Dei erga seipsum ex parte obiecti sui formalis & specificatiui est motus voluntatis in Deum ex motione formali intentionali obiectiua à bonitate Dei summoque ipsius bono possessio vt possessio: atqui omnis amor Dei erga seipsum, qui est motus voluntatis in Deum ex motione intentionali formalis obiectiua à bonitate Dei summoque eius bono possessio, quæ possessio tanquam à ratione formali obiectiua & specificatiua, est formalissimè gaudium solum, essentia sua distinctum, & pugnant metaphysicè cum amore stricto, non minus, quam sub genere animalis rationale, seu homo cum irrationali, & bruto repugnent: ergo omnis motus voluntatis Dei, erga ipsum Deum gaudium solummodo est non amor strictus: item in Deo non est vlla ratio bonitatis motiua formaliter intentionali affectus alicuius erga ipsum, quæ formaliter præcludat ab actualitate essendi in Deo, siue à sui possessione per te: ergo non est specificatum, aut motiua alterius affectus Dei in seipsum distinctum formaliter adhuc in ratione mouendi, & specificandi à motiui gaudij. Patet: quia vbi eadem formalissimè, etiam metaphysicè, ratio specificatiua, & motiua intentionali voluntatis est repugnat duplicem esse: ergo non potest esse affectus seu motus voluntatis Dei in seipsum, qui gaudium formalissimè ex specie sua non sit, sed ab eo specie diuersus, vt est strictus amor: quia eiusdem omnino formalis motui, & specificatiui, formaliter etiam, & metaphysicè eiusdem nequit esse in Deo, vbi cetera eadem sunt duplex specie diuersus affectus: confirmatur, & impugnatur tertio ea solutio, quæ circa ens à se diuinum actum, & exercitæ ens, seu existentiam, nequit duplex specie diuersus metaphysicè actus intellectus diuini assignari: quia idemmet formalissimus conceptus entis à se, seu diuini est entis actualitas, & exercitium actuale essendi quoad formalitatem & statum: quare respectu sui ipsius scientiam simplicis intelligentiæ, & visionis nequit Deus habere: sed visionis, cuius specificatiuum actualitas absolute existendi, siue ens actuale, est ratio entis in Deo primarij & principalissimi sit: atqui per te ratio bonitatis diuinæ summi- que boni formalissimè, & essentialiter metaphysicè est eius bonitatis actualitas in Deo, & possessio seu sum- mum bonum possessum, quin vnum ab alio in tua hac solutione, & ratione, adhuc formaliter metaphysicè, diuidatur: ergo, est in eo inseparabili formali conceptu bonitatem, & bonum, vt quid diuersum à sui possessione, & actualitate essendi in Deo includi nobis sonet: cum tamen idemmet conceptus, ac prorsus obiecti gaudij sit, solum gaudium, nusquamque amor strictus in Deo erit.

8. Quartò impugnatur solutio eadem: quia ex hac doctrina (vt bene infert Antonius Perez) omnis actus charitatis creaturæ rationalis in Deum, quo, siue in via siue in patria de bonis Dei possessis ab ipso, quia ab ipso possessis, ex ipsius complacentia lateret, non gaudium purum charitatis, vt ab omnibus Doctoribus hæcenus habitum, & affectum est, sed etiam amor strictus necessario erit ex duplicique specie amoris, nempe gaudij & amoris stricti semper constabit. Quod in creatis affectibus hi Doctores merito negant: consequentia patet: quia gaudium illud de Dei bonis quia possessis, ab ipso nequit in creaturæ rationalis charitate non esse gaudium.

E. G. A.
D. A. I. a.

dum de illis bonis, & possessione ipsorum à Deo dilecto: quia tam bona, quam possessio eorum bona Deo sunt: sicut neque gaudium Dei de eisdem à se possessis, possessioneque eorum, nisi, quia bona ipsi sunt, cum bona sua, tum eorum possessio, esse potest: ergo, si ex hoc respectu affectus Dei erga se, & bona sua à se possessa: quia bona, datur species amoris stricti cum specie gaudii identificata, etiam in gaudio creaturæ rationalis de bonis Dei ab ipso possessis, qua possessis duplex illa species amoris, nempe amoris stricti, & gaudii necessitatio identificata reperitur. Quinto demum impugnatur eadem solutio detecta, atque in apertum deducta æquiuocatione, cui innititur, tam ipsa, quam secunda alia solutio memorata, & ferè reliquæ omnes solutiones Doctorum affirmatiuæ sententiæ: ex eo enim, quod in bonitate Dei essentia sua actuali existens in Deo, ab ipsoque possessam, atque eius possessionem nequeat non affectus Dei non ferri; quia bona sunt, obiectum proprium amoris stricti necessario tangi ab omni affectu Dei erga seipsum, ac proinde gaudio de bonis à se possessis anorem strictum contineri: in quo tantis tamque subtilibus Doctoribus indigna æquiuocatio, & paralogismus continetur: siquidem non posse affectum Dei vllum ferri in bona à se possessa, qua possessa, nisi qua bona, & ipsa, & possessio Deo sunt, ideo est: quia ratio formalis, & sub qua profectus manifeste non posse expresso respectu ad ipsam speciem aliquam amoris, seu affectus constitui: nam ratio, seu tendentia communis omni affectui & amoris, nequit speciem aliquam amoris constituere, & ab aliis eius speciebus distinguere: aliqui impliciter illius speciei propria, ac non propria illius, sed relictis communis esse admittebantur. Rursus id, a quo species aliqua affectus, seu amoris alicuius, nequit ex specie, & essentia sua abstrahere, & præcindere, quia metaphysicè pereat, nequit esse speciale constitutum speciei alterius: vel enim erit prædicatum commune speciei vtriusque, ac proinde neutrius speciei constitutum speciale, vel erit speciale, & differentialis ratio constitutiva speciei affectus, & amoris illius, cui subinde repugnat esse speciale constitutum speciei alterius: atqui species affectus, & amoris gaudii constituta à specie altera amoris stricti, nequit abstrahere ac præcindere à tendentia in bonum possessum, cuiusque possessionem, qua bona, & quia bona sunt, quam gaudium, adhuc metaphysicè, esse definat: ergo eiusmodi tendentia in illa, quia bona, nequit speciem amoris stricti distinctam à gaudio constituere: sed erit ut dixi tendentia communis, & genericæ omni amoris, & affectui, qui bonitatem obiecti, tanquam rationem formalem, & sub qua, illud profectus habent ac respiciunt: quia volunt in nullum obiectum nisi ob bonitatem in eo repperit tanquam rationem formalem, sub qua, & qua bonum ferri potest. Denique ex ratione nec desiderium, quod amor strictus simul non sit, poterit esse.

9. Atque hæc sanè rationes acque secundam solutionem impugnant: etenim in conceptu bonitatis diuinæ, quicquid illam ab essentia, & eue à se actu, & conceptu essentiali suo exercit existente formaliter diuidas, tamen in linea entis attributalis essentia sua formali attributali, exercit est ens actu, & in Deo existens: quare nequit obiectus, & intentionaliter mouere ad vllum Dei affectum erga seipsum, quin formaliter moueat, ut actu existens in Deo, atque ab eo possessum, cum imprecedibilis formaliter sit bonitas seu bonum diuinum à sua actuali possessione, siue à bono diuino, ut possessio (quod gaudii obiectum tantummodo est) ut ad amorem strictum specie à gaudio distinctum mouere queat eumve specificare: sed eorum sententia de entis à se per attributa omnia formali transcendentia omittit, demus bonitatis conceptum à possessione formaliter diuersum, & præcillum in Deo pro ipso statu, quoque in eam bonitatem, seu bonum ut suum, & diuinum ferri: nam ut suum & diuinum seu Dei iam dicere possessionem identitatis cum ipso Deo: ergo quatenus in illud bonum tenderet præcillum ab identitate cum ipso, cuiusque per eam possessionem, nec diuini boni nec ratione diuinæ bonita-

tis nec tandem in seipsum amor Dei ex complacencia sui foret: ergo, ut Dei amor ob diuinam bonitatem exercitatus in eius voluntate intelligatur: opus est, ut conceptus possessionis summi illius boni, & bonitatis diuinæ, erit ab ea formaliter diuersus, expectetur: quod solum gaudium, non autem amor strictus expectat. Rursus: ut ex sui complacencia bonitatem suam Deus amet, oportet prius saltem ratione in se sibi complacere ob suam infinitatem bonitatis, quam de facto habet, atque identicè formaliter possidet: neque enim complacere nobis in aliquo possumus, ad bonitatem solummodo possibilem ipsi, atque à possessione eius præcedentem, sed posituè habitam ab illo: eique actualement: ergo nequit illius amor posterius ratione in illam bonitatem Dei ut præcedentem à possessione, quam ipsemet essentialiter supponit, & in quam fertur, ferri, & terminari: ergo neque potest esse amor strictus, qui in eam, ut formaliter saltem, seu quoad statum, à possessione sua præcedentem essentialiter fertur, non ut possessam sed putam gaudium, quod bonitatis possessionem supponit. Alias vtriusque solutionis impugnationes dabimus certamine secundo inter probandum duas primas conclusiones.

10. Venio ad solutiones duas præfati Recentioris alteram antiquiorem, quam 6. loco recenset num. 79. Nempe gaudium essentia sua supponere existentia, & possessionis boni, in quod fertur, cognitionem: sicut desiderium cognitionem absentia boni supponit: amorem vero strictum neque cognitionem absentia, vel præsentia boni, in quod fertur supponere: Dei autem amor de se, siuque bonitatis, summoque bono, cum à se etiam virtualiter intrinsecè, in huius sententia sit, erit à cognitione existentia sit, illam tamen non supponit: ac proinde gaudium Dei de se, siuque bonitate amor strictum erit quia negatue præcedit à cognitione existentia, cum non præsupponit: sicut creatus amor strictus præcedit posituè in cognitione, quam supponit, præcedentem posituè bonum ab existentia, & absentia boni, quod prosequitur. Sed primo: doctrina huius (prioris) verè tandem non acquiescit. Maxime: quia à declaratione amoris stricti à Philosophis tradita recedit: tum quoniam secundam excogitauit solutionem, in qua quærit nescio an meliorem. Secundo: quia eodem discursu huius Deo desiderium posset: quia, cum nulla cognitio ad Dei erga se amorem, tanquam ad quid posterius supponatur, neque existentia, seu præsentia, neque præcilla bonitatis eius ab existentia præcedit Dei erga se amor: sicut desiderium creaturæ positua cognitione boni absentia ab eius existentia, & præcissione præcedit: quare eadem proprietate, & ratione desiderium Dei erga se, quia amor strictus admittitur. Hæc ratio potest fieri ut suam hanc cogitationem Recentior iste improbatum sunt autem eius rationes hæc quam priores: etenim dem ex ratione amor strictus Dei erga seipsum desiderat, gaudium Dei de se, siuque bonitate (quod nemo habetum Deo negat) proprietate sermonis à Deo relegatur. Secundo, cum admittat Dei affectum erga seipsum necessario à cognitione positua bonitatis suæ ac summi boni ut possit, dirigi, ac procedere: id satis est, neque amplius requiritur, ut gaudium proprium, ac non strictum amor sit: quod enim physica causalitate à cognitione illa procedat, sitque physica, & proprie natura causæ di cognitione posterior, opus non est, adhuc in causam affectibus, ad quos cognitiones, quibus diriguntur causæ influentes physice non sunt, sed solum intentionales conditiones: & maxime in Deo, cuius intentionales actus causari physice ab ipso nequeunt ratione identitatis omnimodæ physice, & realis cum ipso: quare actuum diuinorum, quasi specificè diuersitas, gaudii amoris stricti, & desiderij, ut in eo admitti debent, vel ab eo repelli, directio solum cognitionis necessitate ad affectum à Deo consequendum attendenda est, non autem physice eius cognitionis in illum influxus, naturæque physice prioris quæ, vt potest omnium sententia, atque ex terminis ipsis impossibilis, à nullo Theologo ad proprietatem affectuum diuinorum tam erga seipsum quam creaturas curata fuit, neque attendat. Denique præcillum entis à se, tan essentialis quam attributale (si diuersum ab illo in attributis diuinis admittatur) potentia vel cogitatio

tionis diuinæ reali virtuali ad suos actus, siue intellectus, siue voluntatis actiuitate nemo Theologorum vique ad Recentiorum istum pendere voluit, aut fecit. Nemo vquâ existentiam, cum quibus ille disputat, de reali virtuali physica actiuitate, & prioritate naturæ cognitionis diuinæ ad voluntatis Dei actus, siue necessarium, siue contingentem ac liberum: etsi enim potentia hæc, & actiuitate reali virtuali Theologicas disputationes solis vocibus, magis partem inutiliter transigant, ac replent, eam tamen prædicato entis à se, siue essentiali, siue attributi diuino, etiam admissam, nullatenus obesse vtrinq; disputantes supponunt: sed vt sepe notauimus singulare hoc ingenium, nihil quantumvis in Theologia statum fixumque, non mouit.

11. Postrema Recentioris huius solutio, & pro amore stricto Dei erga seipsum ratio primo loco ab ipso posita & explicata n. 58. ad 63. includit, & qua non solum ipse quiescit, sed argumentum contra amorem strictum Dei erga se quiescere pacatissime putauit ea esse de ratione amoris stricti iuxta Aristot. 1. Rhetor. c. 11. lib. 2. c. 4. sub init. 8. Ethic. c. 2. init. dicentem. *Amare est velle alicui, quia bona sunt illius, non sui gratia, quoniamque actiuitas esse quantum potest.* Itaque ait de ratione essentiali amoris stricti esse actiuitatem bonorum eius, cui & qua ipsi amamus; non tamen effectiuiam, & veram sed affectiuiam, quæ vel effectiua re ipsa sit, vel vmbatica, quæ vult stricte amans bonum illum efficiendi id in sua potestate efficit, quamvis in ea non sit, quæ ita actiuium esse Dei amorem erga ipsum. Tunc quia esse ipsum, & bona diuina in Deo realiter formaliter in Deo efficiet physicè Deus, vt eius amoris, si posset: tunc, quia, cum non distinguatur, adhuc virtualiter, Dei amor ab eius essentia, sicut hæc à se, ita, & ab amore effectiui esse principium virtuale gaudij, & delectationis, etsi non desiderij: quod erga sua, & seipsum Dei amor repugnat, quod amoris stricti proprium esse Augustinus docet 1. de ciuit. c. 7. de delectatione; & gaudium creato tamen cum amore suo identificati repugnare notat, quia implicat gaudium creatum virtute sui poni, & existere: verum non adeo pacate potest, vt putat, quiescere in hac solutione Recentior iste. Mirro ea solutione ab amoris stricti recepta à disputantibus Theologis, & Philosophis definitione recedere. Secundo sui valde est immemor: Neque enim vidimus ex ipso n. 60. cognitionem vllam, etiam à qua est amor quivis diuinus, supponi naturæ, adhuc virtualiter, virtutis eius existere amorem aliquem in Deo: & tamen id concedit amoris necessario respectu gaudij necessarii Dei de seipso: & id quidem, quia iste amor creatus non est, quare à se debet esse, quoniam virtuale aliquod sui principium possit supponere; atqui gaudium Dei amor absolute est: & à seipso non potest supponere affectum alium amoris, vt sui principium virtuale, siue, cuius virtute existat: quod si dicas gaudium ipsum formaliter qua tale esse sui ipsius virtuale principium, vt videris in immutabilitate non amor strictus, sed gaudium ipsum formaliter, qua tale, sui ipsius virtuale principium, & actiuium erit. & gaudium formaliter, qua talis definitio tua amoris stricti ab ipso specie diuersi conueniet, vicio definitionis aperissimo: nec amorem strictum formaliter, sed solum gaudium de seipso in Deo admittes, contra id, quod intendit, scilicet, quidem est in eadem indiuisibili, etiam metaphysicè, formalitate rationem principij virtualis respectu sui ipsius mentem aliquam posse percipere.

12. Tertiò illud esse à se diuinum, non solum negationem essendi ab alio dicit, sed etiam à seipso, tanquam à principio vero: idemque valet, atque essentia sua, siue seipso, tam physicè quam metaphysicè, & formaliter esse, & existere; addita vero est præpositio à se vt excluderetur habere illud esse diuinum aliquod principium extraneum quod est conceptus actualiter essendi non repugnat: quare in mirum alicuius posset is error obrepere, vt de suis Dns Ethnicis Philosophi plures cogitarunt, ipsi Patres, & Matres designantes idem sui ipsius verum principium reale aliquo vero sensu esse adeo ex ipsa terminorum aptitudine repugnat, vt in nullius sanam mentem possit venire: quare illa præpositio à dum ens à se Deum esse Theologi definitur occasione fore, vt aliquis non stupidasac resan ob illam rationem veri principij in eam à se Deo respectu sui ipsius inquireret, aut cogitaret (necum assereret) iure non timerunt: Quarto: Christoph. de Orega, de Deo vno, Tomus II.

explosimus sæpe à Deo omnem rationem principij realis virtualis, respectu alicuius intrinseci prædicati. Quintò: hoc admissio, in Deo, eiusque gaudij, non apparet, vnde id ipsum gaudij creato repugnare posset, maxime, cum ad illud in Deo admittendum nihil mysteriorum Dei reuelatorum, adhuc apparenter, nos cogat: Sextò: quia per te ad rationem stricti amoris satis est vmbatica tua potestas, & fictitia faciendi, quæ non potest ex hypotesi impossibili, quod posset: quod in gaudio creato respectu sui ipsius æquæ, atque in diuino gaudio reperitur. Septimò: vmbatica hæc potestas actiua ad actiuitatem, quam in amoris stricti essentia contineri, ex textu Aristotelis probat, insufficiens conuincitur: cum amor de quo ibi Aristoteles actiuius eorum dicatur quantum potest: non potest autem quod vmbaticè solum, & chimericè potest. Octauo ex textu ipso constat amorem strictum, vt hic interpretatur, esse, velle bona alicui, illius, non autem sui, siue amantis gratia: ergo repugnat dari in amore alicuius, ac subinde Dei, erga seipsum rationem amoris stricti: siquidem quovis erga seipsum amore non alterius, sed sui gratia bona sua sibi velle necessarium est. Notio textus huius sententiam Recentior hic assequutus non fuit: vt ex genuina eius, & similium, Philosophorum, Patrum, & Sancti Thomæ explicatione, certamine tercio, conclusione secunda quam conclusionem tercia dabimus, aperte constabit. Teneo discursum, & calamum: hæc enim plus satis sunt, vt appareat, quibus fundamentis nitatur.

CERTAMEN II.

Negatiua sententia duplici conclusione statuta.

1. Amor strictus Dei erga seipsum absolute, nulla facta hypotesi, repugnat in sensu huius questionis communi. Dixi in sensu communi huius questionis: quæ solum apud Doctores est de amore stricto Dei erga se, bonaque sua, vt obiectum quod amatur. Hæc conclusio est expressa Aureoli locis citatis certamine primo, numero primo. Ratio est: quia amor strictus, vt à gaudio, & desiderio specie differt, hoc sensu tendit in bonum, vt obiectum, quod secundum prædicata essentialia consideratum, siue, vt à præsentia, & possessione absentiaque, & negatione præsentia, vel possessionis præcindit, secundum statum præcium possibilitatis, & non repugantiæ essendi, & existendi: atqui in nullum bonum secundum eum statum voluntas ferri aliquo affectu potest: ergo omnis affectus voluntatis in bonum, vt obiectum: quod, vt à præsentia, & possessione, & absentia, & negatione possessionis præcindit, estque in præcisè possibilitatis statu, absolute repugnat; atqui amor strictus affectus voluntatis erga bonum ita præcium esse, iuxta aduersarios, omnino debet: omnis ergo amor strictus absolute: quare, & diuinus erga sua intrinseca bona, vt obiectum quod prorsus repugnat. Minor primi syllogismi (ex qua reliqua pendet, atque inoffense currunt) probata abundè à nobis est d. 2. questione secunda, certamine tercio à numero tercio: quia bonum pro eo statu absolute non est, neque absolute bonum est: sed solum, & esse, & bonum esse potest: quare implicat voluntatem in ipsum secundum eum statum absolute, siue affectu aliquo absolute ferri. Euationes argumento tentatas, & quæ tentari posse videntur, ibi præclari, reclusi instantis, quæ ex obiectiua veritate possibilitatis sufficienti pro eo statu, vt in ea, pro illo etiam, scientia simplicis intelligentiæ absolute ferri possit.

2. Confirmatur: quia, nisi in rebus præcisè possibilitatis veritas alia obiecta actualis, & absolute compositionis subiecti cum prædicato esset, ad quam Dei scientia terminari posset, solaque entitativa physica entitas, & existentia posset scientiam, & cognitionem absolute

N tati

facios ab hac expedit difficultate : cum nihil Deo intrinsecum præter necessarium volitionem, & entitatem essentia sua actuaalem, & præsentem Dei in eius liberis actibus ab ipsis admittatur, sed totam contingentiam & defectibilitatem : quare, & possibilitatis præcisiue conceptum ad quem amor Dei strictus terminari posset, in creata extrinseca connotata reiciatur : quare quatenus diuinus actuum suorum liberorum amor ad id, quod Deo intrinsecum in illis est, vel illi in Deo habent, tendit, Deique ipsius amor est, ad nihil, quod necessario existens actu, & essentia sua præcens non sit, sed possibile præcisiuum, tradit : ac proinde nequidam actus etiam suos liberos amat Deus quatenus alicuius secum identificati, ac proinde amor Dei, & amor sui est, amor strictus esse nequit adhuc ex suppositione, in qua conclusio secunda procedit : in ea vero suppositione constituentes actus liberos Dei adæquate per Deo intrinseca, ipsique identificata, vt nos constituitur, difficultate proposita in secunda hac conclusionem vexandi videntur : maxime antecessores nostri, qui realem physicam contingentiam, & defectibilitatem actuum liberorum, qua talium, realemque physicam potentiam indifferentem voluntatis diuinæ ad eos apponendos physicæ, vel non apponendos recognouerunt, necessitatemque, & essentialiter requisitas ad diuinorum actuum libertatem in actu exercito, & secundo, & voluntatis diuinæ in actu primo constituendam, & tuendam reputant : ij enim omnes eo modo, quo physicam realem defectibilitatem actuum liberorum Deo prolixius identificatum recognoscunt, in Deo ipso, cui omnino identificantur, eam debent vt d. 3. quæst. vlt. ostendimus, fieri : quare, & eo modo conceptum præcisiue possibilitatis Deo intrinsecum, & ad quem amor strictus in suppositione facta terminari queat, & terminetur.

6. Nos vero non adeo aperte præfata premit difficultatem. Diximus enim citata quæst. actuum liberorum Dei contingentiam, & defectibilitatem, indifferentemque voluntatis diuinæ potentiam ad eos eliciendos, vel omittendos, et si vera, ac non ficta illorum defectibilitas, & minus indifferens potestas sit, physicam, tamen realem esse, sed solummodo intentionalem, & quæ proinde cum Dei, & ipsorum actuum physica, & entitatis necessitate, & essentiali actualitate physicæ essendi, atque physica defectibilitate, quibus prius identificantur, amice, ac sine vlla repugnantia conueniant : cum autem præcisiua possibilitas sit ad physicæ entitatis existendum, vel non existendum, eorum solum esse potest, quæ physicam habent defectibilitatem, possuntque essentia sua physicæ entitatiue esse, vel non esse, ac proinde eorum essentia ab utroque præcindit, atque statum præcisiue possibilitatis possunt sortiri, non autem actuum liberorum Dei ipsi adæquate identificatorum, quæ intentionalem solum defectibilitatem habent, non autem physicam, & physicæ entitatiueque à Dei voluntate apponantur, vel non apponantur, in seque physicæ entitatiue sunt, vel non sunt : quia absque vlla physica productione à voluntate Dei eliciuntur pure intentionales, sicuti necessarii reliqui actus diuini intellectus, & voluntatis, atque abiq; vltio entitatis physice diuinæ augmento sunt, & abiq; eisdem entitatis diminutione non sunt, cum omittuntur sola intentionali ipsorum elicientia, aut omissione vel positione aut defectu : quia aliquid entitatis, & esse physice Dei necessarii (quo solo physicæ entitatiue sunt, & existunt) alterutro casu, vel crescat, vel decreseat, vt ea quæst. vlt. cert. 10. fuse explicauimus, & quantum mysterium libertatis diuinæ pro hoc statu permittit, à cæmentis fundauimus. At inquit : defectibilitas illa pure intentionalis vera, ac non ficta defectibilitas per te est : ergo dicit præcisiuonem ab esse actuali, vel non esse actuali intentionali, vt patet : ergo, et si intentionali, ac non physicæ, dicit conceptum verum possibilitatis præcisiue eorum actuum in linea intentionali quem proinde amore stricto Deus erga seipsum, cui illi adæquate identificantur, feratur : Respondetur defectibilitatem illam intentionalem veram esse ac non fictam, aut conceptu suo non continere bonitatem, sicuti neque entitatem neque esse bonam substantiue, sed adiectiue solum, adhuc metaphysicæ, quatenus iure identitatis cum essentia bonitate, & entitate ens, & bonum actuum illorum defectibilitas intentionalis,

Corisoph. de Origine, de Deo Vno. Tomus II.

inmò, & actus ipsi sunt : identitas autem eorum cum essentia de facto, & actu necessaria, vt actu boni adiectiue, & amabiles absolute illi actus sunt, omnino est, vt autem actu, & exercitè cum Deo eiusque essentia identificantur defectibiles absolute non sunt, cum ex suppositione, quod, & physicæ sunt, & exercitè etiam intentionali positi, nequeant adhuc intentionali ter à voluntate non poni, aut ipsi non esse : in hypothesi verò falsa, vt vidimus conclusione prima, de amore stricto creato de creato obiecto possibili præcisiue, permittimus aduersariis conuenire creaturis intrinsecam, & essentialem pro eo etiam statu absolute bonitatem, qua affectum voluntatis absolutum terminare absolute queant, vt opus aduersariis est, & ad suam sententiam contendunt : quam, iis, quæ iure identitatis absolute cum alio solummodo bona esse adiectiue, adhuc metaphysicæ, absolute possunt (cuiusmodi reliqua à metaphysica Dei essentia prædicata diuina esse censemus) quouique absolute in se sint, Deoque proinde identificantur concedere, nec cogimur, nec valeamus.

CERTAMEN III.

Conclusio tertia auctoritates aduersariorum eleuat.

1. Tertia conclusio (qua auctoritates aduersariorum clarescunt) esto : in Dei erga seipsum detur amor strictus Patribus, Philosophis, & Theologis antiquis agnitus solus, vt possibilis, & de facto admittis, in voluntatibus quibuscumque : is autem est affectus voluntatis non in bonum quod alicui volumus (quo sensu ab antiquis assertum amorem strictum Doctores, quos habemus impugnauimus rebanur) sed in bonum cui sue personam in qua complacemus ob bonitatem sue bonum, quod in ipsa deprehendimus ; non quidem vt bonum, quod formaliter per eam tendentiam ei velimus, sed ob rationem motiuam, ob quam in persona, quæ ea bonitate, & perfectione gaudet, bonaque, & perfecta est, complacemus, ipsamque personam, quasi obiectum quod prosequimur : in hanc planè conclusionem ibat Recentiorum innominatum sententia, cuius secundo loco meminit Antonius Perez nu. 66. eam eo solum nomine reiciens, quod extra quæstionem, quæ solum de bono volito, vt quod agitur, ad quæstionem de persona, seu bono cui volumus illud, quæ extra chorum saltauerit, quasi extra chorum, & quæstionem saltet, qui alio (et si communiter) quam vbi veritas inueniri potest chorum & quæstionem ducentes, eo reducat vbi veritas possit inueniri : ac modelle doctrina sua tacitis ostendat Antonium Perez, & Recentiores paucos de amore stricto Dei erga seipsum in terminis disputatores, dum de solo bono vt quod volito, nihil autem de bono cui, seu persona cogitant, frustra amorem strictum Dei erga seipsum inquirere, atque extra chorum amoris stricti saltando, inaniter fatigari : ibat, inquam, præfata Recentiorum sententia in hanc nostram conclusionem ; non tamen peruenit : tum, quia tanto Recentiorum eo sensu quæstionem ducentium, excitato puluere à loco veritatis reperiunda eius Authores offusi deiciunt : tum quia, nisi altius antea rimata, & penetrata respectus illius ad personam affectui eius, & eius cuius placencia bonum quod volumus essentia, & natura, vero non diuertere difficile est : neque Philosophorum, Patrum, & antiquorum de amore stricto sententias germane intelligere, & interpretari facilius. Constat autem Recentiores illos alterutra, vel utraque potius de causa, à vero deuiasse, neque ad nostram conclusionem peruenisse : quia eo probant amorem strictum à gaudio, & desiderio diuersum esse ; quod gaudium, & desiderium ad nos siue ad personam terminatur, sed hoc solum probat amorem personæ, vel gaudium fore, vel desiderium ; non autem affectum ab utroque diuersum, ni alterius aliunde probent amorem eandem personæ utroque affectu,

2. Conclutio nostra ex penetrata, & explicita quiditate, & natura respectus affectuum ad bonum cui suae ad personam, in qua complacemus, facile à ratione probatur, & ab auctoritate testimoniorum omnibus, quibus contra celsationes negativas de amore stricto boni quod voluit Dei erga ipsam aduerfari videntur. A iuvene igitur Philosphiae audire ita de affectu complacentiam in persona, seu (quod idem est) de tendentia omni affectiva in bonum cui censuam, & hucusque censeo: vt omnis alterius affectus erga bona, quae volumus vt quod, principium, & quasi primus intentionalis motor sit: id in mihi, non probabile solum, sed cerum: quia, si cur nobis velimus bona, causam inquiramus, eam inuenimus solum: quia quilibet nostrum natura potius, quam electione, & libertate in seipso complacet fibi: si autem rursus causam queras: cur Petro, quem ex electione, & libertate potius, quam Ioanni, quem non amas, bona quævis optes, & deque ab ipso habitis gaudeas; de ius tristes malis: cum addant, rimeas cum imminet: eam tandem reddes: quod in Petro tibi complacet, non in Ioanne, cuius proinde nec bona curas nec mala attendis. Hoc ipsum concors, ac proinde proprius Philosphorum, & Theologorum omnium loquendi hac in re modus suadet: omnes enim bona quævis, vt quod, vel nobis, vel aliis velis dicimus ex nostri, vel aliorum complacentia: particula autem ex principii rationem in omni materia apud Philosophos significat: & confirmatur in præfenti de affectibus voluntatis, in quibus intentionem finis electionis mediourum principium esse, eadem particula ex à Philosophis, & Theologis significatur, & de centibus electionem mediourum esse ex intentione finis. Confirmatur ex alia etiam communi phrasi, qua iidem omnes rationem principii intentionis finis respectu electionis mediourum ipsa finis definitione significantur: cuius scilicet *gratia cetera sunt ipsi deficientes ad effectum amoris, qui intentio est*, amantur & apponuntur: sed hac eadem phrasi & definitione explicatur ex Aristotele Philosphi, & Theologi omnes: ac distinguunt affectum erga bona, quæ vt quod volumus am concupiscunt, à amicitia sit: concupiscuntia est deficientes vt ex amore, & complacentia proprie persone sit, licet cetera finis; amicitia vero, si ex amore complacentia & gratia alterius sit non sui: ergo complacentiam personæ, cui bona alia, vt quod volumus, principium esse æque atque intentio finis electionis mediourum principium sit Philosphi, & Theologi omnes, etiam ipsa phrasi non docent. Certè eos omnes ac videntes phrasi tractare in terminis laboris esset inutilis: cum solum Cicero, Seneca, Aristoteles, Platonis, & cuiusque ex innumeris, qui vel de amicitia, vel de beneficiis scripserunt testimonialis citandis non superaret, recitandis vero vix chartæ sufficiant: vnum tamen vel alterum contra negativas conclusiones nostras certaminis secundi non recitabo. Primum sit illud Aristotelis recitatum certam. I. num. 11. *Amare est velle alicui, quæ bona sunt illius, non sui gratia: idem cum finis (quod affectuum omnium fuit amor principium est) in finem est; & finem qui ab omnibus diuiditur, morio hæc amoris finis est in affectu erga volita ipsi bona satis in-tinatur.*

3. Alterum duo continet testimonia Henrici art. 50. summa quæst. 2. corpor sine & Auicenna ibi ab ipso recitari, quibus amorem, sua acceptione, strictum Dei erga seipsum censet noster Ruiz contineri; cum rapen

[illegible]

verum esse.

4. Hoc ipsum frudent extrema illa verba Aristotelis citati cert. t. n. 1. p. pro adulteris esse i. Rehorre. n. 1. cuius partem i. retulimus nuper n. 2. cuius verba sunt ista: *illorumque* [quod bona alterius putat] eiusque gratia ipse actum esse, *quantum potest* amantem minime; quod si complicitatem in persona amant, non solum de obsequio atque ab illa habitis & pollicis perfidiosis; ob quos tanquam rationes motus primam complicitatem habent in ipsa famina concipit in eiusque amorem personalem in adfectu deinde de illis tantum de obiecto, *ex qua* [puto] nec solum vt ratione motu amandi personam; propter detruerunt eadem; quod non habet desideras; atque ex detruerunt hoc illis bonis eadem personam; acquiescent illa investigat, eligi; & apponit; quae omnia minus, minore efficacia; & vehementia, pro complicitate

illius personali ardore, & vehementia maiores, vel minores. Atque his quidem satis probata nostra hæc tertia affirmatio conclusio est non ratione tantum, verum & illis ipsius testimoniis, quæ pro amore stricto alio suo à nobis agerent certam. 2. ad speciem vigentiora aduersarij inducunt: ut mittam præcipuum illorum ex Aristotele proxime citato ad rem præsentem de amore Dei erga se ipsum omnino extra rem inductum ab eis fuisse: cum expresse de amore amicitie erga alterum, non autem erga se ipsum ibi ab Aristotele agatur, ut contra Antonium Perez, qui ei vnicè innititur notabam certam. 1. numer. 11. Reliqua testimonia quæ pro suo stricto amore aduersarij concessere, leuiores armaturæ sunt: quare horum enumeratione, & examinatione data titulo certaminis promissa explereamus: quoniam reliqua etiam paulo inferius soluimus præstat autem hic communi omnium hominum sensu, & vocis amoris acceptione (nec solum Philosophorum, Patrum, Scripturæ, & Theologorum) ut hætenus, seu frequentissimo complacentiam in persona, cui bonum quod, siue gaudium, siue desiderium volumus, amoris stricti nomen, ab utroque eo affectu diuersi, intelligendum: ut conclusio hæc nostra firmior, probatioque subsistat, etenim omnes homines amorem personæ, quæ personæ est (quod à complacentia in personâ nihilo differt) amoris nomine intelligunt: ut si quæque quid sit amor, roges, statim per complacentiam in personâ tibi responderet. Si amatores quosque rectos, vel comendos de amore agentes illumve deficientes, deficientes, aliquove modo exponentes legens, vel audientis eo tandem denentire reperies, ut affectum erga personam esse declarent: & quæquam ad declarationem, quam animo is affectus affert, sæpe discutiant: ad illam tamen non ut amoris obiectum volunt, sed ut effectum ex illo naturaliter ortum recurrant: sicuti, & cum ad gaudium de bono amantis, & desiderio se suæque in eius commoda impendendi, quæ, ut nuper dicebamus, ex complacentia, & amore personæ proueniunt: quare non solum communi hominum vocis amoris acceptione amorem strictum rectè à nobis in præcisa complacentia personæ collocari; verum, & communi etiam eorum iudicio, quæ de eius in reliquos voluntatis affectus adiuuati cum Philosophis, & Theologis docuimus, comprobari perspicuum est. Verum ne quis putet hanc nostram illi sententiam Scoti in 2. d. 6. quæstion. 2. & Gabrielis quæstion. 1. alligari: quod nimirum respectus ad personam *en* à respectu ad bonum quod ipsi volumus diuersum actum constituat, eam satis sit verosimilis in sententia rectorum, qui electionem mediocriam necessario ab intentione finis realiter distinguunt communius docuerunt: quia tamen, & hoc etiam pluribus displicet Recentioribus, qui utrumque in eundem actum consisti posse docent (quamuis de electione formali mihi improbabile sit) nobis tamen satis ad præsens est complacentiam personæ solius posse esse diuersam à prosecutione boni, quod ipsi ex ea complacentia volumus: sicuti intentio ab electione ex ipsa diuersa realiter omnium sententia esse potest: inde enim respectus ille formaliter à respectu ad bonum quod de quo ex sui complacentia Deus gaudet mensuratur diuersus: ac subinde amor hic strictus, in Dei erga seipsum amore debet admitti.

1. Iam ad reliqua aduersariorum pro tuo amore stricto testimonia respondendum, quod Herice noster summum respondit ad omnia, quia hætenus explicationum speciem vim non satis attendit, æstimans omnia de affectu erga bonum volumus, ut quod esse intelligenda, nulla habita ratione obiecti cui siue complacentia in personâ. Namque reliqua de amore communi, & genericæ sumptio in cluso in speciebus suis gaudium, & desiderio loqui, non de stricto amore ab his specie diuerso, ut docetur de præcipuis ostendamus. Primum, & cui valde fidem Ruiz numero 17. probat. 5. & Antonius Perez numero 60. est Augustini aientis. *Amor inuicem habere, quod amatur, cupiditas est, autem habens, eaque fruens, caritas*: cum tamen antea de amore secundum se, quasi de diuerso egisset, fateor de amore secundum se, quasi de diuerso egisset non Augustinum solum ibi, & sæpius, sed Patres, & Doctores omnes: non tamen, ut diuerso specificè à gaudio, & desiderio, & in creatis etiam phy-

sice diuerso; sed tanquam genere, quod metaphysicè, & logicè à suis speciebus semper diuersum est, id quod ex verbis Augustini conuincitur: siquidem ait amorem de quo egerat si bonis inhiere esse cupiditatem, seu desiderium, si de possessis frui latitiam vel gaudium; cum tamen una species transire in aliam, esse aliam metaphysicè repugnet: sicuti, & physicè diuersam entitatem, aliam esse, in quam, plusquam Pythagorico animorum transitu, pergit. Vnde constat nihil firmum ex hoc Augustini loco desumi pro amore hoc stricto ut putat Ruiz à S. Thom. 1. 2. quæstion. 2. f. artic. 2. desumi potuisse: imò verò S. Thom. sententia ab aduersariis adducta amoris stricto huic Recentiorum potius aduersatur, quam fauet: cuiusmodi enim est sine corporis ipsa aptitudo siue proportio appetitus ad bonum est amor, qui nihil aliud est, quam complacentia boni. Motus autem ad bonum est desiderium, vel concupiscentia; quies autem in bono est gaudium & delictio. Vbi vides amorem, quem boni complacentiam definitum vis, quasi specie à desiderio, & gaudio diuersum, per aptitudinem, & proportionem appetitus ad bonum explicari à Sancto Thoma: ita, ut re nihil aliud sit: quatenus verò exercite sub amoris præcise conceptu consideratur, sit boni complacentia, quæ ipsissima est amoris in communi, & genericæ sumpti definitio: sin aliam trade: ergo, vel male definiuit S. Thom. amorem strictum, cum alteri à definito eius definitio conueniat, vel amorem (quod verius est) genericè sumptum, quem solum agnouit, solum definiuit, ut contendimus, explicauitque optime per respectum ad bonum in communi, ei similem, quem potentia appetitiua habet: cuiusque species desiderium, & gaudium recentel statim ac definit. Nil aliud vult Arist. 8. ethicorum cap. 2. à princip. aliisque innumeris locis: ubi nil aliud esse amare, quam velle alicui bonum ait, & bonum esse simpliciter amabile. Reliqua adeo extra rem ab aduersariis afferuntur, ut ne mentionem mereantur. Solum adducto Theologo, & Philosopho, quandoque amorem, quem esse boni simpliciter, & in communi definiunt, quæ amoris genericæ sumpti definitio est, ut dixi supponi ad omnem appetentiam, & affectionem voluntatis asserere: sed de suppositione generis ad species prioritate maioris vniuersalitatis loquuntur; non de physica suppositione specialis amoris, & prioritate stricti ad omnes affectiones voluntatis alioqui, cum, & ipse amor strictus boni in communi species affectionis quadam, ut aduersarij volunt, sit, sui ipsius principium physice esse, ac seipso prius natura & posterius contradictorie docerent.

CERTAMEN IV.

Amor Dei erga seipsum, & charitas, & concupiscentia proprietate sermonis est.

1. **C**haritatis vox vniuersim etiam sumptæ, supra amorem quemuis alium aliis vocibus significatum addit duo. Primum magnam quandam appetentiam boni amati, siue ut quod siue ut *cui* ut recte S. Thom. 1. 2. quæstion. 26. art. 3. corpor. fin. Albertus 1. p. quæstion. 36. metaph. 3. & vit. corpor. id quod in rebus etiam pretio estimabilibus eadem voce significatur communitate: quæ enim magni æstimanantur charæ dicuntur; est qui hanc rationem assecuti non sunt pure grammatici merces caræ sine *h.* non autem charæ cum *h.* scribendum censuerunt: quasi amoris aliquid, ac non earum pretium, & valor earum, in ipsis male significetur, si charæ cum *h.* scribantur. Huic charitatis significatio proprio dogmatica illa veritas fidei innititur tradita 1. Ioann. cap. 4. qui manet in charitate in Deo manet: quia charitatis nomine, Dei non quæcumque dilectio, etiam ex eius bonitatis, & motiuo, sed cum tanta Dei affectiua appretiatione significatur, ut cætera affectu illo posthabentur, nec pro illis, etiam cunctis, vi affectus illius ab eo ab-

N 3 scedere,

scedere, ut ad illa tendat, & accedat, voluntas possit. ac proinde charitas erga Deum proprie dicta idem prorsus est quod Dei, quam super omnia dicimus, dilectio, qua à Deo per peccatum (quo solo à Deo receditur) nobis abscissus repugnat: quare, & cum illa nostri in Deo mansio, ac permanentia prorsus necessaria est: At verò charitas nomen proprietate, & rigore sermonis, dicitur ulterius amari ab amato distinctionem: ob cuius defectum eiusdem ad seipsum amor, charitas proprie non est, omnium Patrum, & Theologorum est qui inde probant personarum in Deo distinctionem: quia Deus charitas est, atque Spiritus à Patre & Filio distinctionem quia, & ipse charitas ex Deo, qui charitas est procedens: quare & ab eo diversus, ac insuper affectivus nexus substantialis, vinculum, & communio, & coniunctio, seu charitas, & amor quo se Pater, & Filius diligunt, ut vidimus controuersi. de Trinit.

2. Videantur Augustinus 6. de Trinit. cap. 5. init. & 15. de Trinit. cap. 17. 18. & 19. tract. 7. in Epist. 1. Ioan. Gregor. Homil. 30. de Pentecost. sub init. quamvis idem August. 1. de gratia Christi c. 21. & Concil. Mileuit. cap. 4. sine, quoad illationem processionis Spiritus Sancti à Patre, & Filio ex illis 1. Ioan. 4. charitas ex Deo est non satis fimitur deduci videntur sentire: cum aptius de charitate creata ea verba intelligi poterit, tamen quoad distinctionem Patris & Filii inter sese ut charitatem se diligant, nusquam aliquid insinuat à se discordans, imò nec quoad distinctionem Spiritus Sancti quem virtusque communionem, unitatem, coniunctionem, & aptius, ut tandem concludit, charitatem appellat citat. cap. 5. ex lib. 6. de Trinit. ab utroque: ita enim ait ibidem: Manifestum est, quod (Spiritus Sanctus) non a quoque duorum est, quo uterque coniungitur: quo genitus à genente diligitur, genitoremque suum diligit: ac proinde aptius charitatem dici concludit: quia est diversorum inter se amor: quam sententiam ex illo recepit Fulgentius: 4. ad Ferran. vers. fin. Hieronym. in id Psalm. 17. diligam te Domine ait: Spiritus sanctus nec Pater est, nec Filius sed dilectio, quam habet Filius in Patre & Pater in Filio, scilicet complacentia alterius in altero: unde Paulus dixit Rom. 5. quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, Prosper. lib. Sententiarum sent. 371. hanc ex Augustino tract. 105. in Ioan. scripsit. Spiritus est Patris, & filii tanquam charitas substantialis, & consubstantialis amorum. Ibid. 7. & Euthym. cap. 3. post med. Spiritus Sanctus inde proprie charitas nuncupatur: vel quia naturaliter eos à quibus procedit coniungit: quare omnia ad charitatem propriam distinctionem amantis ab amato necessariam ostendunt; siquidem eos Spiritum Sanctum charitatem esse proprie aiunt, quod Patris & Filii amor & dilectio sit: cui etiam rationi annunt Scholastici cum Magistro in 1. d. 10. Sed de eiusmodi necessitate præclarissime Richard. Victorin. 3. de Trinitat. cap. 2. sub init. Nullus pro primo & pro proprio sui ipsius amore dicitur proprie charitatem habere: oportet itaque ut amor in alterum tendat, ut charitas esse queat, ubi ergo pluralitas personarum deest charitas omnino esse non potest concludit sine capitis. Bonitatis plenitudo non potuit esse sine charitatis plenitudine, nec charitatis plenitudo sine diuinarum personarum pluralitate, Cui insister rationi sapientis usque ad cap. 20. & lib. 5. cap. 8. & cum eo S. Thom. question. 9. de potent. art. 9. §. Sed contra & in 1. d. 2. question. 1. art. 4. S. Bonau. art. 1. question. 4. Richard. art. 2. question. 1. Albert. 1. p. question. 29. m. 1. art. 2. colum. 3. question. 30. membr. 1. & quest. 42. membr. 3. Alexand. 1. p. quest. 43. m. 5. question. 45. membr. 7. Henricus art. 43. sum. question. 8. & 9. art. 54. quest. 2. quodlib. 9. quest. 1. Egid. 1. d. 10. quest. 3. Maior question. 2. Carthus. d. 2. question. 6. Marfil. question. 6. art. 1. conclus. 3. Adde Gregor. Magn. homil. 17. in Euang. Minus quam inter duos haberi charitas non potest. Nemo enim proprie ad semetipsum habere charitatem dicitur: sed dilectio in alterum tendit ut esse charitas possit. Ambros. de dignitate humanæ conditionis c. 2. longè à med. Amor non minus quam inter duos est. Amorem pro charitate seu amicitia ut communiter omnes usurpant.

3. Sed & communi omnium hominum sensu eiusmodi distinctio amantis ab amato ad charitatis proprietatem

requiritur; idcirco deo qui in alium nullum habet amorem, sed in se & sua commoda tantum ironice dicitur magnam in seipsum charitatem habere, ut ostendamus charitatem habere nullam, cum ad seipsum itaque tantum amor concupiscentia sit, nec charitas vlatenus esse possit: ex quibus probatur facile prima præfixi singuli conclusio quam absque temeritate imò errore, in fidem suæ formali hæresi negari non posse censeo: quare mitius, quam par esset dixit num. 9. Ruiz noster, melius, exactivèque ad usum Theologorum, & Patrum communiorum, amorem erga seipsum proprie charitatem esse. Ratio, & conclusio, & censura temeritatis in negatiuum oppositam est: quia, ut ex dictis constat, communi Patrum, Philosophorum, & Theologorum, imò, & omnium hominum sensu ad propriam, & rigidissime acceptam charitatem ultra generalem amorem conceptum duo tantum modo requiruntur. Nempe magna affectiva appetitio boni amati, & personæ amantis ab amata distinctio, ita ut amantis affectus complacentia; in altero, siue ex alterius complacentia sit, non autem sui siue à sui complacentia; ac proinde concupiscentiæ amor: atqui in amore Dei erga se, & magna imò summa appetitio affectiva est: vixit erga summè & simpliciter atque è genere suo infinitum bonum infinite penetratitia, & compenhenfua Dei cognitione scientiaque propostum ab infinita etiam voluntate intentionaliter operante & tendente affectivè in summum illud suum bonum in quantum intentionaliter potest: ergo ex parte appetitionis boni amor Dei erga se propria, imò, & excellentissima charitas est: ex parte vero distinctionis personarum eo amore Dei erga se quævis diuinarum personarum diligitur Trinitatis personas ab ipsa diuersas; ergo quatenus summe appetitativus hic amor Dei erga se est, amor iam personæ ad aliam, vel ad duas alias est diuersæ ad diuersam personam amor, ergo iuxta omnia requiritur ab omnibus Philosophis, Patribus, & Theologis & hominibus ad propriam, & rigidam charitatem amor Dei erga seipsum, ut vnus ad aliam personam amor, & propriè sumè charitas, quin absque temeritate negari ab aliquo possit maxime cum Augustinus dicat expressè locum in recitando Spiritum Sanctum: quia in Trinitate amor, & Filius est, aptius dici charitatem. Rigidior secunda in oppositam conclusionem negatiuum erroris in fidem suæ hæresis censura probatur ex epistol. 1. Ioan. cap. 4. ubi scpe expresse asseritur Deus charitas est: quod cum doctrinale, & non parabolice, allegorice sit dictum, proprietate sermonis recipi necessario, ut fidei veritas, à Catholicis debet.

4. Secunda Conclusio certaminis titulo præfixa quod nimirum Dei erga seipsum amor verè, & realis concupiscentiæ sermonis proprietate sit, est contra vnum Hereticum ea in re singularem d. 14. cap. 1, à qua proinde merito discordat Ariaga d. 24. sect. 2. §. Probabiliter pro sub finem. Noto autem singularitatis negatiuum Hereticæ conclusionem absolute, quia, est in terminis asserentibus cæteris Theologis non aduerfetur, quia de ea terminis non multi, imò vix pauci disputant: aut contra conclusionem affirmatiuam suppositum, cum Dei erga seipsum amorem nulla personarum distinctarum ratione habita asseruerunt: siquidem nulla personarum distinctione supposita, nil est vnde Dei erga se ipsum amor rationem concupiscentiæ propriæ possit exire: imò amor Dei nem concupiscentiæ propriæ possit exire: imò amor Dei erga seipsum amor tantum modo & propriè concupiscentiæ significat: quare absolute singularis ea Conclusio est: non autem in sensu Herizæ, qui concupiscentiæ rationem amori vnus personæ ad aliam Trinitatis negatiuum amori vnus personæ ad aliam Trinitatis negatiuum quod verissimum est: sed ex attentionis defectu eam negatiuum conclusionem absolute posuit, debuisse eam attendere amore diuino personam quamque Trinitas non solum duas alias, sed seipsam etiam verè & realiter diligere, ac de summo suo bono possessio à sui complacentia gaudere, quod propriissima concupiscentia est. Patrem pro priori ante filij processionem, quæ, ut patet amorem diuinum, & communia reliqua ipsi, & Spiritui Sancto processione communicanda præbebat, non expectatur, se amore solius concupiscentiæ propriæ digere certum est.

CERTAMEN

CERTAMEN V.

Amor Dei erga seipsum propriissime amicitia est.

1. DE proprietate amicitiae Dei erga seipsum ibi asserta amplior Doctoribus est opinandi facultas ut ex dicendis patebit, & ex Augustino, qui in eam incidens questionem 6. de Trinit. cap. 5. citato sub init. cum à se reliquit indecimus; solumque permisit amicitiam nominari, addens aptius dici charitatem verbis hisce: *Spiritus ergo sanctus commune aliquid est Patris, & Filij, quodquid illud est: ut ipsa communio consubstantialis, & coeterna: quæ si amicitia convenienter dici possit, dicatur, sed aptius dicitur charitas.* Igitur Soan. primus questionis huius disputator d. 30. mer. sect. 16. num. 60. amoris diuini etiam prout vnus personæ ad alias personas Trinitatis est, propriam amicitiam rationem negat, aliorumque solum amoris rationem concessit; eum secuti postmodum sunt Herice, & Arriaga locis proximè citatis: quamvis hic facilius, quam res exagat ab hac se questione tanquam de nomine, nec serio Theologico examine digna expediat: quasi proprietatem vocum examen ut digne loquamur de rebus, Theologi negotium non sit, quoad altioris amicitiae affectum probatur ab eis Conclusio ex Aristot. 7. Ethicor. ad Eudem. cap. 7. & 2. magn. moral. cap. 11. fine & 5. Thom. 2.2. question. 2. j. art. 4. corpore, ex eius doctrina dicente: *Amicitia proprie non habetur ad seipsum; sed aliquid maius amicitia.* Ratio autem huius sententiæ est: quia intus, virginitas, connaturaliorque affectus de se est, quo bona nobis, & ex complacentia nostri necessaria, & naturali amamus, illo, quo alteri eius bona volumus ex complacentia ipsius, ut enim commune in Scholis Aristotelicum proloquium fert *bonum amabile est: maxime autem unicuique proprium.* Vnde constat illam maiorem amicitia altitudinem, quæ à negantis sententiæ Patronis Dei erga se amor tribuebatur, & quid magnam excellentiam supra omnem amicitiam sonans, eo solum deuenire, ut sit stricte concupiscentia, sicut in nobis, tantummodo. Secundo: cum, ut fidei dogma fert, amore diuino persona quævis Trinitatis duas alteras Trinitatis dignas ab eisque vicissim diligatur, ex textu Aristotelis ad eam excellentiam amicitia maiorem in amore Dei erga se probandum inducto citius amicitiam esse probatur: verum aduerte de amicitia Dei virtute à nullo Doctore agi: quippe omnis affectus moralis virtutis, illius libertatem requirit, quam amor diuinus vnus personæ Trinitatis ad aliam non habet, nec habere potest: Secundo: quia amicitia virtus moralis est, neque in Deum cuiusque bonitatem, tanquam in motuum formale proximum ferri potest (alioqui Theologica virtus foret) sed in honestatem ipsam virtutis ipsius; amor autem diuinus bonitatem, tanquam immediatum motuum est: quare, & Theologicus est, sicut in nobis actus charitatis supernaturalis, de amicitia Dei virtute morali quæ de obiecto, & motuo creato, & libere à Deo exercita est cum ceteris Dei moralibus virtutibus controuers. 5. agemus.

2. Nostra ergo tertia Conclusio est: amorem cuiusvis personæ Trinitatis ad personas alias propriissime amicitiam esse: quare amorem Dei erga se absolute amorem amicitia dici debere. Hanc conclusionem vti expositorem ad regulas, & usum loquendi Theologorum fuit docet noster Ruiz d. 52. de volunt. sect. 4. etiam eam eandem conclusionem esse patet cum conclusione de proprietate charitatis (ut reuera quoad substantiam, & obiectum, & conditiones eadem est) atque Patrum & Theologorum testimoniis, & locis de charitate datis confirmet. Tamen quia nihil, neque in scriptura, neque in Patribus, neque in vctustioribus Theologis de amore mutuo personarum hoc nomine amicitia habemus expressum, imò neque ei tributum ab Augustino,

sed aliis, ut attribuunt, permixtum quoad firmitatem ab auctoritate, & certitudine sunt valde diuersæ ut vidimus num. 3. Conclusioni præfenti subscriptæ etiam, Quir. d. 68. sect. 4. num. 2. 5. Probatur primo Conclusio hæc ex iam statuta secunda. Non minus requiritur ad affectum proprium charitatis amantis ab amato distinctio, quæ ad amicitiam proprie talem; nec minus requiritur ad mutuam charitatem amoris reciprocatio, ac vicissitudo inter amantem, & amatum, quam ad amicitiam proprie talem etiam requiritur: atqui sola distinctio personali vnus personæ Trinitatis ab alia cum identitate naturæ voluntatis, & volitionis summa, datur in eis propria charitas, & mutua charitas, cum amoris vicissitudine, ut finitèr conclusion. prima statutum est: ergo sola distinctio personali cum identitate naturæ, & amoris, quo se mutuo amant, datur inter diuinas personas amicitia, quoad requisitam distinctionem amantis ab amato à Philosophis, & Theologis ad amicitiam propriam, constat ex datis testimoniis numero 2. eisdem verbis: quare eandem ad charitatem propriam requiri: ad vtramque enim solum requiritur, quod sit alterius ad alterum, ut aiunt debere esse necessario debere esse amicitiam. Porro ex requisita distinctione amantis ab amato ad amicitiam, nihil probationi huic responderi, solidæ disputationi adhiberi potest, nisi antiquorum Philosophorum Theologorum, ac Patrum verbis, & sententiæ verba alia, pro aduersariorum arbitrio, addantur, aliud vltius pro necessaria distinctione amantis ab amato addentia, quo sententia mutetur: quod si liceat, cælum cepam esse facile ego defendam, instantiis ex alijs materiis petitis præ hæc de sufficienci distinctionis personali solum, amantis ab amato ad propriam amicitiam, cuiusque probatio, & veritas turbari ab aduersariis tentatur: quas dissiemius facile post alias partis huius, & conclusionis integræ probationes.

3. Secunda maioris pars apparentius, voce tentus, negari ab aduersariis solet: quia amicitia dicit iuxta Philosophos, & Theologos redamationem amati erga suum amantem: redamatio autem duplicem amationem, siue amorem, quorum altero prius amatus fiat amatoris sui redamans, eique amoris prioris erga ipsum vicem rependat: quod ex Ciceronis definitione amicitia recepta, & laudata ab Augustino epistol. 155. ad Marian. sub init. & 3. cont. Academicos cap. 6. fine confirmatur, ita enim habet: *Amicitia est rerum humanarum, & humanarum cum beneuolentia & charitate consensio: consensio, seu affectionum coniunctio, earum diuersitatem importat, atque identitatem excludit, verum ex hac definitione secunda maioris illius pars virginitas probatur: ex illa enim constat consensionem cum charitate, & beneuolentia siue, quæ charitatis consensioni duorum mutuaque beneuolentia sufficiat, ad amicitiam proprie dictam sufficere: atqui per Patres, & Theologos consensio identica mutua personarum Trinitatis per amorem eundem sufficit ad charitatem propriam, ut vidimus: ergo, & ad propriam amicitiam, illud ex voce redamatio, euasio futilis est, etenim quoties amatus amat, precipue æque substantialiter, & feruenter, suum amatorem proprietate sermonis redamat; nam amat eum, à quo amatur, vicemque amoris recipit, quod solum proprietate sermonis redamare significat: Hoc autem fieri potest, imò perfectissime fit, amore eodem, quo se mutuo, ac vicissim personæ (ut negari sine temeritate, aut errore nequit) amant; imò amore diuerso creatorum amicorum vix quidem fieri potest, ut totus, quoad substantiam, & modum intentionis seruoris amor vnus ex amicis ab altero vicissim reddatur, ac rependatur: ergo per identitatem amoris mutui personarum redamatio, ac proinde amicitia perfectissime exercetur. Nec satis est redamationem, & amoris consensionem mutua à Philosophis in amicitia agnitam, & requisitam fuisse per distinctum amorem, & à diuersis, etiam in natura, personis cum nihil de personis solum personaliter diuersis, in natura verò, & amore iisdem cogitauerint: cum hoc solum in summo Trinitatis mysterio, quod ipsis nullatenus illuxerat, reperitur: in primis enim Plato mysterium hoc natura illa sua communi, & vniuersali à parte rei Trinitatis*

tatis misterium commune fecit, vel potius enacuavit: atque amicitiam inter personas creatas in natura, & essentia eadem solaque indifferentia individuali; qua in ratione individui in eius sententia personae constituebantur, diuersas recognouit: imò & in amore, & voluntate, quae eadem in natura illa communi erant.

4. Sed esto: nihil Plato de hoc mysterio, aut alio simili, nec Philosophi reliqui cogitarint: inde fortius euasio praecluditur: quia, si personarum in natura, & amore diuersitatem ad amicitiam & redamationem huius essentiali requirerent, idè plane fuit: quia personarum distinctio cum identitate in natura, & amore, quo se mutuo amarent, sicuti, & quo inuicem alter alteri chari essent, & dilecti, illis omnino fuit ignota: quam, si assequerentur, eum perfectissimam, & omnino in omnibus aequalem vicissitudinem in eo mutuo amore, & charitate recognoscerent plane inter eiusmodi personas eodem se amore amantes mutuo, atque vicissim, perfectissimam redamationem, & amicitiam inter personas diuinas docerent intercedere. Confirmatur: quia neque charitatem mutuum proprie dictam (quae apud ipsos amicitiae synonymum vocabulum est ex verbis Ciceronis) absque distinctione personarum in natura assecuti Philosophi sunt: quia mysterium Trinitatis, aut simile in personis, & amore creato ex hisse deductum fuit ipsis prorsus ignotum: & tamen Patres, & Theologi omnes, quibus mysterium eiusmodi diuinitis ex scriptura illuxit cum identitate naturae, & amoris diuini, solaque personali distinctione mutuum charitatem propriam inter personas diuinas asserunt. Reiciitur euasio, atque vtraque maior pars, imò, & conclusio tota probatur vltius: quia, etsi generationis, & processions, tam actiuae, quam passivae, Patris, Filij, similitudinis, imaginis, aequalitatis, principij, & principij voces distinctionem etiam in natura, personarum, & processions, seu productionis ab alterutro vel ab utroque nempe producto, voces, vt à Philosophis rebus, & actionibus creatis primum significandis adinuenta, & imposita sunt significent, ad diuina in Trinitatis mysterio significanda proprietate sermonis scriptura sacra, Patribus, & Theologia Catholica tota sunt recepta absque vlla distinctione personarum in natura, & essentia, imò, etsi amore, & intellectione communi producentes personae producant, & procedentes procedant: quia nimirum realis distinctio personarum rerum productionum &c. quam earum voces in creaturis significabant, creaturae imperfectionis erant, & sine eius imperfectionis significatione ea in ipsis significari non poterant; at ubi mysterium Trinitatis innotuit conceptus idem, ab eisdem tamen imperfectionibus supputati, atque decocti inuenti sunt: ac proinde in diuinis proprietate sermonis, etsi cum excessu, & excellentia perfectionis, ea nomina iure fuerunt admissa: ergo, etsi distinctio personarum, & amoris in creaturis ob harum imperfectionem, in quibus primo inuentum, & impositum amicitiae nomen est, illo significetur; at, cum ex mysterio eodem confiter Trinitatis personas eiusdem naturae, eodemque amore mutuo, vicissimque se amare, quod sublata imperfectione, creaturarum conceptus amicitiae est, debet inter personas Trinitatis proprietate sermonis atque excellentiore intra eam proprietatem admitti.

5. Tertio adhuc ex praedicatis communibus personis tribus confirmatur: quia cognitionis, & amoris nomina his creatis affectionibus, & actibus primum imposita motum cognoscentis physicum vitalem, & amanti in creatis significabant ob eorum actuum, & viuendum imperfectionem in ratione creatorum imbitam: ac subinde amanti & intelligentis ab eis actibus physicam, & realem distinctionem, & tamen licet in Deo eiusmodi physicus motus non fit actibus intellectionis, & amoris, quibus intelligit, & amat, neque eis ab hisse suis actibus physica, & realis distinctio, nihilominus eis diuinis affectibus amoris, & intellectionis nomina, non solum à Theologis, verum à sapientioribus Philosophis, Platone, Aristotele, Avicenna, & aliis, qui de Deo decentius, eiusque vaitate, & physica immutabilitate cogitauerunt, proprietate sermonis tribuuntur: ergo, & personis Trinitatis solum personaliter distinctis, seque inui-

cem mutuo amantibus amicitiae nomen proprietate sermonis tribui debet, etsi cum excellentia perfectionis. Confirmatur denique ex reliquis praedicatis, & eorum nominibus communibus in Deo verbi gratia entis, substantiae &c. etenim ea nomina in creaturis, in quibus eorum significata proprie deprehensa ab hominibus sunt, & quibus significandis inuenta primitus, & imposita illa fuerunt, impraevidenter etiam metaphysice rationem essendi, seu entis ab alio in eis significabant: quia tamen in Deo ab eisdem Philosophis, & Theologis deprehensum est aliud genus, primo diuersum, entis sine essendi, & substantiae &c. non ab alio sed à se, nomen entis, essendi, substantiae &c. ipsi proprietate sermonis, atque principalis, & antonomastice tribuendum censuerunt: Deum nimirum ipsum imitati, qui se nostris nominibus significare nobis volens *ego sum qui sum* ad Moysen dixit, eoque nomine voluit se à Moysae ad populum, & Pharaonem, & Aegyptios declarari; qui *ego sum me*: quia esse actum, quod eo, & entis nomen metaphysico absolute dicto significat, ipsi principalis proprius, & antonomastice essentia sua competit, etiam fuerit pro significando esse actum, & ente absolute tali creato, ac subinde contingenti primitus impositum, & quod in ente, & esse actuali defectibilitatis earum in essendo concernebat, qua imperfectione esse actuali, & ens diuinum caret: ac proinde cum entis absolute talis, & essendi actum, ac substantiae &c. nomina esse actum, & absolute, ac esse per se, vt proprium significatum, & praecipuum habeant, etsi in creatis ab imperfectionibus essendi ab alio defectibilitatis, & contingentiae non essendi non prescindant, Deo cum summa proprietate tribuuntur: ergo, licet ob creatae imperfectionem, amicitia creata, cui primitus vox amicitiae imposita, & pro qua adinuenta est, diuersitatem amicorum, in natura etiam, & affectibus, quibus se inuicem amant, imponit, cum tandem absque eis imperfectionibus sola diuersitate personarum, eodemque amore alterius ad alterum mutuos amoris, (quod propriissimum, & praecipuum eius vocis significatum est) in diuinis personis inueniatur, propriissime, primario, & antonomastice amicitia reperitur.

6. Dices: non ita proprie nomen entis, substantiae, & alia, quae pro creaturis inuenta, ipsique primitus imposita sunt, Deo esse accommodata, & accommodanda absolute, & simpliciter, vt si de diuinis, quae similitudinem aliquam, cum creatis (in quibus adinuenitur) penes rigide loquendum fit addito correctiuo non egeant: sic Dionysius Areopagita, atque ex eo Patres, & Theologi Catholici omnes aiunt: Deum rigide loquendo, neque ens, neque substantiam absolute simpliciter, ac sine addito correctiuo dici debere: sed supra ens, & supra substantiam: ergo neque amor mutuos personarum Trinitatis rigore sermonis amicitia absolute, & simpliciter, ac sine addito correctiuo dicenda erit, sed solum super amicitia, & aliquid altius amicitia, & maius, vt aduersarij contendunt: obiectio haec nihil praestat, nec aduersariis, nec contra nos. Theologiam, & Sacram Scripturam eliminat: duas conclusionis noxae Theologicas, haud leues, probationes suggerit. Nil praestat aduersariis, quia, vt vidimus nuper, illud maius, & altius amicitia, quod in amore personarum contendunt, est solum affectus concupiscentiae, praeter amicitia maiorem, si vnum ex eis Herize excipias, qui nec concupiscentiam esse vult, nec maiorem curat: sed vocis amicitiae proprietatem. Theologiam eliminat, & scripturam sacram: quia, nec Theologicè de diuinis dispensationes haberi, nec Deus aliquid de se nobis, nisi vocibus ad similia creata significanda adinueniens, & primitus impositis reuelare potest; imò Deum, qui tot de se suisque attributis in scripturis, absque cuius adiectis correctiuis reuelauit, primitque simpliciter dixit *ego sum qui sum* Moysae, ac nobis auctor fuit, vt eum simpliciter *qui est*, & absolute appellaremus, reuerenter condemnat: contra nos praestat nihil: quia sententia Dionysij, atque ex eo reliqui, de nomine entis, & substantiae &c. non in totius proprietatis amplitudine sumpto loquuntur: male siquidem, vt praecipuum dixi, atque irreuerenter in scripturam, & Deum loquerentur: imò & in scriptos, cum de Deo, ac diuinis vocibus eiusmodi simpliciter, ac sine addito vilo correctiuo

Alio totis suis libris disputent: plura eis vocibus simpliciter, ac sine addito asserant, doceant, atque, vt dogmata Catholica tradant: loquuntur vero ita, vt ea nomina creata proprie etiam, sed proprie significati partem significant, quæ solum ante apertionem Dei noticiam sub eis nominibus significabant. Ne autem in Deo simile omnino limitatum, atque creatis imperfectionibus mixtum, ex vfu earum vocum de creaturis eatenus agentes, sub eis vocibus latere, & significari putarent, mouebant, vt aliquid principalius longe creato significato, cui sub eis vocibus concipiendi erant assueti, de Deo sub vocibus istis de Deo, ac diuinis conciperent, & indicarent: nempe ad ipsum quod de creatis conceperant abique creata limitatione, in sua quodque linea, infinitam atque a creatis reliquis imperfectionibus ad puram, seu simpliciter simplicem perfectionem excoctum, ac defecatum, quod nos etiam diximus, in postrema, & proxima confirmationeac proinde Deum harum vocum præcipuum, & dignitate primum, & antonomasticum significatum esse.

7. Suggestit denique obiectio duas alias conclusionis probationes Theologicas reliquis diuinis prædicatis probandis, communes aequæ, atque efficaces. Prima quidquid perfectionis creata vocibus nostris proprietate sermonis significatur suppositum ab imperfectionibus eadem proprietate tribui debet: quod ipsum est axioma illud Theologicum: omne prædicatum dicens perfectionem sine imperfectione, vel simpliciter simplicem debet tribui Deo: hinc ex dictis num. 5. & 6. firmum est, atque voce amicitie significatur proprie aliquarum personarum absolute diuersarum mutus amor, qui sublati imperfectionibus amoris creati nempe distinctionis in natura, cum earum, tum amoris, quo alterius amoris vicissitudo reditur, est perfectio sine imperfectione sine simpliciter perfectione: ergo cuiusmodi vox, & prædicatum proprietate sermonis Deo tribui debet. Secundum argumentum, ea etiam obiectio suggestum est ex causalitate ideali Dei, nec solum actiua in omnia creata: vt enim hic supra, & d. vltima de Scientia diximus, est causalitas actiua Dei in creata omnia abique contentia eminentiali formali speciem creaturam saluari posset: id est, quin eiusdem lineæ, & rationis formalis, quasi specificæ, in Deo esset, ac vero causalitas idealis, & imitabilitatis abque cuiusmodi contentia eminentiali formali per prædicatum eiusdem lineæ, & rationis formalis quasi specificæ, quod in Deo (est longe perfectius) in ea linea sit non erit: alioquin creata a Deo actiue nusquam imitariue fierent, vt patet, imitatio quippe omnis dicit inaginis effectus cum exemplari, & prototypo suo formalem conformitatem (atque huic me iudice principio ininitur dogma Theologicum ex quo proxime arguebamus, de omni perfectione creata defecata tamen ab imperfectionibus, & simpliciter simpliciter necessario Deo tribuenda) atque amicitia nostra species quidem entis creati est ac proinde bonitatem, ac perfectionem aliquam dicit, nec ex creatis affectibus modiciorum in sua specifica linea similem amicitiam, longe perfectiorem, qua formaliter eminentialiter continetur, tanquam eadem, & exemplar, quod imitetur in Deo supposito, quod argumentum, est de formali eminentiali contentia speciem omnium entis creati efficax vniuersim finem adhuc in charitate, & amicitia vim habet: eo quippe vltus videtur Ioan. epist. 1. c. 4. vbi dixit *charitas ex Deo est*: quod de creata nostra charitate, quam discipulis suis sibi, & semper ad eorum pene fastidium suadebat, & commendabat Apostolus, germanius intelligi aiebant merito Augustinus, & Concilium Mileuitanum relati cert. 4. a. a. sub init. subiungit, quasi probationem *Deus charitas est*: vt non solum actiue, sed idealiter, & imitariue charitatem, & amicitiam nostram ex Deo esse demonstraret.

8. Denum probatur quinto conclusio: quia implicatur ex perfectiori affectione eius, in quo aliquid proprie consistit, ac proprietatem eius, ipsius proprium conceptum petire, vt ex terminis patet: atque indistinctio personarum in natura, & amoris, quo illæ se mutuo diligunt, in diuinis stat perfectior, imò perfectissima affectione eius, in quo amicitia consistit, & proprietatem ipsius, ergo implicat petire inde in diuinis personis amicitie proprietatem. Minor probatur ex Aristotele 8. Ethic. cap. 9. sub init. & cap. 12. init. tanquam primum, & Christoph. de Ortega, de Deo vno. Tomus II.

per se notum principium statuente amicitiam in communicatione, societateque bonorum, & lib. 7. cap. 15. verbi med. *Amicorum enim est (inquat) communicatio determinata natura, quo circa idem velle idem sentire est, eundem talem esse velle: & circa med. Amicus esse vult, vt prouerbium habet, alter Hercules, & alter ipse: infersule: inxat corpus, & animam, & partes animæ suas est, nihilominus idem indiuisusque amicus esse vult*: quæ repetit 9. Ethicor. ad Nicomach. cap. 8. sub init. Prouerbium iam tunc, & nunc etiam, vulgarissimum in eiusdem sententia probationem recitans: *Amicitia, & amicorum sunt omnia communia ad quod falsæ Martialis contra miserum, & in amicos valde illiberalis, nomine Candidum, & de sua in eos munificentia eo prouerbio iactandum, epigramm. in ipsum alludit. Candide China Philon. Hæc sunt tua Candide panda. Quæ tu magnificens, nocte dieque sonas*. Perfectius autem quam in amicitia creata imò perfectissime, & co gradu, quo ea peruenire prolix nequit, ob identitatem, atque indistinctionem in natura, & mutuo amore personarum horum omnium affectio est in diuinis identica nimirum communicatio bonorum omnium, & naturæ, & voluntatis eiusdem, vt notum de se in mysterio Trinitatis est, passimque a Patribus dicitur: qui videri apud nos possunt contr. de Trinit. & apud Ruiz ibi d. 2. n. 17. ad 19. inclusive: ergo stat veritas Minoris in hac probatione subsumpta.

9. Instantiole, quas dixi ex aliis materiis petiæ, vix solutionem diuerstissime numerum nullatenus merentur: sunt enim ex iustitia, & fidelitate, quæ nequeunt in diuinis inter diuinas personas interfedere ob voluntatis, & naturæ in ipsis identitatem: ergo eadem de causa, nec amicitia inter eas erit. Negatur consequentia, siquidem ad iustitiam requiritur, vt ius alteri tribuatur ad aliquid, ad quod ipse non habebat, eique iuri re, quæ eius non sit possit satisfieri: quæ in diuinis repugnant: cum ius ac dominium ad omnia deitatis communis titulo æquum, & summum personæ Trinitatis habeant: qua de causa inter Patrem, & Filium non emancipatum qui pars Patris & vnum cum Patre est, neque iuris & dominij in vtroque distinctio iustitiæ nequit interfedere iuxta omnes Doctores ex Aristotele 5. Ethicor. cap. 6. cum tamen non obstante ea vnitate 8. & hic cap. 12. inter Patres & Filios amicitiam filialem, & Paternam agnoscat & cap. 7. init. speciem amicitie appellat qua in excellentia posita est, vt amicitia Patris ad filium, & omnino senioris ad iuniorem, virique ad uxorem, & principis omnis ad eos, qui ipsi subiunguntur: quia non nisi cum reuerentia excellentiæ alterius extremi ab altero, Patris nimirum à Filio, &c. in communicatione & sodalitate, & amabili vfu haberi abique iniuria potest in creatis; secus in diuinis, vbi Paternitas maiorem Patri excellentiam, quam sit Filius non adducit: quo textu conclusio nostra firmatur, fidelitati etiam in diuinis materia deficit: ec quid enim Pater Filio, vel contra, in eius obsequium, & gratiam, quod sui iuris, & proprii promitter, quod non sit iuris, & potestatis alterius? Ad amicitia vero proprietatem redamatio, mutusque amor alterius ad alterum, atque affectiua coniunctio vtriusque ad vnitatem in omnibus, & quoad omnia tendens requiritur: quæ, vt diximus amoris, & reliquorum, præter personalia, in personis Trinitatis cum summa excellentia solummodo inuenitur.

CERTAMEN VI.

De amore Dei erga seipsum breuiora dubia reliqua.

1. **P**leraque ex dubiis, quæ de amore Dei erga seipsum in hanc quæstionem referuntur, prioribus locis à nobis tractata sunt, cuiusmodi est, an Dei amor erga se propter creaturas etiam feratur, ferriue possit: qua de re nos supra opportunius disput. 2. vbi

vbi de motu, & specificatio obiecti diuini amoris, cum erga se, tum erga creatura: ibique Deum se propter creaturas, cum vt obiectum quod tum vt obiectum cui diligere, absque vlla amoris tamen sui, vel erga se, vel erga creaturas adhuc, quo ad aliquam formalitatem intrinsecam dependentia, vel specificatione à creaturis dixi. De huius amoris eternitate egimus, quantum satis est d. 3. dum, de liberi adhuc, eius erga creatura amoris eternitate statuimus d. 3. atque item, dum de amoris Dei erga se necessitate: quidquid enim Deo eterno ex necessitate conuenit, æternum in se, ipsique Deo coeternum esse necesse est; alioquin non ex necessitate illi competere, si aliquandiu absque eo Deus esse posset. Ceterum de diuini amoris, adhuc erga se, necessitate quoad exercitium, quam hæc eternitatis eius illatio supponit, non adeo exacte, atque ex instituto disputatum; est de necessitate amoris Dei erga se quoad specificationem disputatio opus non sit quia impotentia Dei ad sui odium euidens est: cum odium, nisi ob aliquam rationem mali vel physici, vel moralis in obiecto deprehensam, haberi erga illud nequeat: euidens autem est in Deo nullum mali alterutius generis esse rationem, deprehendit posse.

2. Et quidem necessitas amoris Dei quoad exercitium etiam negari tuto & absque temeritate nequit, id siquidem contra omnes Patres, & Theologos foret, etsi enim Scotus in 1. d. 10. quest. 1. quem schola sua sectatur, amoris Dei erga se libertatem necessitati oppositam concedat loquitur de libertate & actione huius solum necessitati opposita vt doct. Ruiz noster d. 4. de volunt. sect. 2. ostendit; non autem de libertate omnimoda, atque intrinsece necessitati Dei ad se amandum aduersa. Ratio communis Doctorum est quam supra attigimus, ex bonitatis Dei infinitate absque imperfectionis, defectusve physici vel moralis mixtura eaque infinita etiam viuibilissima, & comprehensua cognitione sui Deo representata quam tanquam Valqui & Arrubalis propriam demonstrationem debilitare tentauit Herize disp. 14. de voluntate cap. 1. cui fere est non absolute consentit Arriaga d. 24. sect. 1. subsect. 1. & absolute Quiros disp. 68. sect. 1. sed ea tamen demonstratio non horum propria sed omnium Theologorum imò Theologis cunctis verisior: omnium scilicet sapientiorum Philosopherum, qui Deo summam suam suarumque perfectionum delectationem & beatitudinem ex earum puritate, & infinitate, atque excellentia, ac rursus ex infinitate & excellentia summa suæ de ipsis comprehensionis demonstrant vt ex Auzienna cert. 3. num. 3. ab Aristotele edocto, recitabamus, atque et Aristotele d. 2. vbi Deum seipsum amare ostendimus: eademque demonstratione, vltus est Plato non semel. Patres insuper & Theologi frequentissime: ea vero probatio quæ sapientium cuique absque vlla hæsitacione placet demonstratio debet censeri. Accedit ita tam à Patribus, & Conciliis receptam, vt ei dogmaticam necessitatem processionis Spiritus Sancti per amorem Dei erga seipsum imponant: atque aliam etiam dogmaticam veritatem contra Arrianos: quod scilicet, nec Filius, nec Spiritus sanctus per amorem Dei liberum procedant: quia alias creature forent.

3. Porro Arriaga ex infinitate boni clare, & comprehensue vili necessitatem amoris erga se, euidenter quidem, sed euidentia solum à posteriori, & experientia in nobis deprehensa demonstrari putat: quia obiecto pulcherrimo creato, ac sine alicuius nani deprehensione pro tunc ita rapimur, vt vix aut ne vix quidem, non placere nobis in ipso ac delectari possimus, quod argumento euidenter est bonitatem, quæ citra dubium illex voluntatis ad amorem illum inclinans est, posse ad impulsum eius ad amorem determinatum peruenire, & quoad probationis vim, & euidentiam à posteriori nobis placet: quod autem rationis huius euidentiam à priori non agnoscat, displicet quia principia omnia metaphysica nostra ex quibus à priori demonstramus exploratis experientis tandem nituntur: quare, si explorata, & euidentia hæc experientia est principium quo in demonstratione hac vti Doctores sunt, fuit, ex quo à priori etiam demonstratio euadat. Secundo probatur à priori esse demonstrationem: quia, quod duplici ex parte mobile essentia sua est, alie-

rutra ex parte debet æque esse determinabile ad motum: atqui voluntas omnis (ac proinde diuina) duplici ex parte esse essentia sua mobilis est: nempe à se physice, vel intentionaliter actiue, à bonitate vero obiecti intentionaliter obiectiue, est autem per hoc determinabilis actiue vel physice, vel intentionaliter ad motum necessariū amoris: ergo, & intentionaliter obiectiue: ergo à bono iuste simpliciter bono, ac toto bono, absque vlla specie mali clarissime infinite comprehensue penetrato eam de se vim potest habere: Tum, quia simpliciter infinite motuum esse non potest si ea vis obiectiue determinatur in sui amorem necessario rapient voluntatem (quæ in sua motionis obiectiue est) ipsi deest.

4. Confirmatur ex necessitate, quæ Beati obiectiue à Deo clare, est non infinite vili in eius amorem rapitur. Confirmatur secundo, ex motibus primo primis nostris, vel ad odium vel ad amorem ex motione obiectiue boni creati, & limitati viuide propoliti, absque vlla malitie obiecti illius propositione: tunc enim necessario, quæ vlla rapimur ad eos motus libertate. Quod ergo casu obiecta creata virtutis motiue obiectiue tunc habent, quia nulla ratio mali in obiecto creato, ac limitate bonitatis viuide representata proponitur, id de se, namque sua infinitum simpliciter bonum clare infinite simpliciter cognitum debet habere. Dicunt aduersarij confirmationem primam (& idem dicent de secunda) vim non habere: quia determinatio Beatorum ad amorem necessitatem Dei clare visum in primis non demonstratur. Secundo, transferri necessitate à Deo infinite bono clare vili voluntate creata, vel nostris à bono creato in motibus primis primis, non concludere respectu voluntatis infinite, & liberæ Dei: quare è sua libertate acque respectu motiue obiectiue bonitatis infinite Dei. Contra: quia quæ voluntas essentia sua appetitiua boni fit, infinita voluntas, vt diuina est, infinite appetitiua, ex parte etiam sui ipsius boni simpliciter talis ac sine vlla defectu mixtura finitæ, & clarissime cõprehensæ erit, nec vlla erit resistit ex parte voluntatis, nisi inepte cogitanda: cum motus ad bonum non resistit sed natiue lux inclinationis sit, non & à malo recessus & fuga: quocirca infinitas voluntas diuinæ potius iuuat, vt ab infinito bono rapiatur necessario, quam officit: & Dei libertatem perfectiorem esse fateor liberæ, cuiusque excellentie capita vniuersationibus d. 3. monstrauimus, alii non nisi citra materiam, obiecta apta esse potest. Sunt autem obiecta apta, quæ non bonum purum, absque vlla mali, siue positui, siue negatiui, quo ab eorum prosecutione retrahi possit voluntas, mixtura sunt: cuiusmodi sunt creata, non autem infinite è conceptu suo & simpliciter bonus Deus, quæ proinde posse non ferri, non potestatis diuinæ perfectio & potentia, sed impotentia, imperfectio, & intellectus foret: ferri autem necessario perfectio, & felicitas. Neque enim de simili necessitate, & impotentia delectandi voluntatem suam amore Dei ac delectandi à summo bono in Beatis aiebat Aug. *Falsè necessitas quæ ad bona compellit eam libertatis perfectissimam completum & filiorum Dei tantopere ab Apostolo conuincit datam.*

5. Demum de essentia libertatis vniuersæ, & quoad specificationem, seu contrarietatis, & quoad exercitium seu contradictionis non est sola voluntas, sed cognitio indifferens, vel ad contrarios actus, vel obiecta indifferens vel ab obiecto vno eiusque prosecutione retrahens voluntatem: atqui voluntati diuinæ nihil à Deo actiue innaturæ: atqui voluntati potest, cum summum in eo, simplicissimum, purum, ac simpliciter infinitum absque vlla, vel minimissima ratione mali retrahentis in ipso eiusse facultate amore proponatur: idque purum summumque bonum comprehensue & infinite proponitur: ergo nulla in amore comprehensue & infinite proponitur, scilicet quoad exercitium erga seipsum est contradictionis, scilicet quoad exercitium libertas. Certe, si quas vt potiores veritissimas, & receptissimas hac demonstratione afferant Responsores, rationes, consideres attente, inuenies eas omnes obiectiue hac, vel solutione sua de perfectione libertatis voluntatis diuinæ facilius eneruari: ac tandem ad dicta nuper de libertate hac, & principia demonstrationis huius recurrendum ipsis fore, ne soluantur. Sed argumenta, quibus non solum eius demonstrationis nis solutionem, verum, & oppugnationem recitari

infimiora adhuc sunt. Primum: quia non minoris bonitatis, & propensionis est ad se communicandum creaturis, quam bonitatis ad se amandum: & tamen libere se illis communicat: ergo, & se libere amat: aut in creaturis nonne est, & bonitas finita, & defectu mixta, quo ab earum productione, siueque aliquali communicatione retardetur? Secundum: habitus nunquam ita impellere potest voluntatem, ut eam antecederet determinat ad actum: ergo, nec infinita Dei bonitas, & conceptus essentialiter antecedens: cum habitus valde intensi impulsu tantopere homines ad consuetas actiones adigant, ut fere naturaliter, atque a natura, ac non à libertate videatur operari: quare consuetudo altera natura merito reputatur. Secundo: habitus voluntatis nihil viuidioribus intentionibusque speciebus actuum præteritorum, & captæ de obiecto, & actibus delectationis differre docuimus controu. de anima d. de habitibus ad quoslibet: quare, & solum intentionaliter obiective voluntatis motus esse per eorum obiectorum viuidiorem representationem: unde negatur facillime consequentia, ea siquidem est: finitum bonum infinitum in genere suo, non autem simpliciter, & è genere, & è conceptu essentiali suo representatione non determinat voluntatem ad sui necessarium amorem: ergo nec bonum iactatum simpliciter & è genere suo infinitum, infinitum etiam simpliciter & è genere suo representatione propensum, ad necessarium sui amorem non determinabit. Nil autem illa illatione peius.

6. Dubitatur tertio: an amor Dei erga seipsum effectus sit? & quidem, si efficacia pro summa voluntatis adhesionem ad bonum, à quo nec per odium, nec per adus suspensionem possit affectu diuellere ex eius necessitate, & quoad exercitium, & quoad specificationem consistat amor Dei erga seipsum eo sensu efficacem esse: ut autem communis, & vitalisque amoris efficacia actiuitatem erga amatum sonat constat efficacem non esse, cum complacentia & gaudium sit de bono præfente, & possessio ab amato, siue ex complacentia sui in vnaqueque persona Trinitatis respectu sui ipsius, vel ex amicitia respectu personæ alterius: atque efficacia actiuitatis circa agenda sit, nec iam facta essentia sua possit supponere, uti essentia sua complacentia Dei de suis, ac personarum intrinsecis bonis facta iam supponit: quare non, nisi chimerica actiuitas efficacia conditionalis, que in Deum non cadit sub hypothese inuicibilis: si Deus ea non haberet, intrinseca bona in Dei amore erga se quoque obiectum, & amor destrueretur, cogitari nequit: etsi autem amor hic spiritus sancti necessario productius sit: non tamen ex ipsius complacentia, cum pro priori ad sui processionem non supponatur, ut obiectum per se quarto modo requisitum: quare, quousque pro posteriori sit, amor Dei ad ipsum tanquam obiectum non terminatur: tunc autem de possessio ab ipso bonis gaudium est: quare neque erga ipsum affectus efficax sed physice, tanquam ad suum terminum terminatur: extrinsecorum autem Deo bonorum (que Deo eiusque dominio materia non autem eius commoda sunt, ut saepe dixi) esset amoris Dei erga se, actiuitas sit, non autem efficax: qua erga seipsum amor Dei est, quousque libere ad creata obiecta extenditur.

7. Quarto dubitatur: an Dei comprehensiuus, ac proinde reflexiuus, amor Dei erga seipsum sit? cui affirmatiue responderetur iuxta dicta de comprehensione scientiæ Dei controuers. secunda de incomprehensibilitate à cognitione creata: est enim amor Dei intrinsecam Dei amabilitatem solum adequans: sicut Dei de seipso scientia totam eius intrinsecam cognoscibilitatem: inde, & supra seipsum reflexiuus euincitur, quia, & aliquid Dei, & amabile est: quare ubi primum esse concepitur, concipitur seipsum amare, præntia tamen sui cognitione in quo à Quirio discordo: quia impossibile, imò imperceptibile est aliquid, ut obiectum quod amari, quin, ut quod præcognoscatur: quomodo autem infinita formatio amoris Dei reflexione opus non sit, neque inferatur, ut seipsum amet, ut quod: constat ex dictis contr. 2. in simili de scientia idque à Deo diuinorum actuum scientiæ, & voluntatis supra seipsum, non solum physice, sed formaliter seu metaphysice sumptos, reflectere proprium esse, ut creatis actibus similibus supra seipsum physice adhuc, nedum metaphysice, sumptos reflexiuus esse

Christoph. de Ortega, de Deo Pno. Tomus II.

repugnat. Sexto dubitatur: an amor Dei erga seipsum non solum in communia, sed etiam in personalia feratur? Respondetur: in omnia de quo aëmo dubitat; aut formalissime de specificatione obiecto loquendo non in personalia neque in communia omnia, tanquam in specificatione obiectum feratur, sed in solum essentiam metaphysicam Dei ut constat ex saepe dictis de specificatione formalis amoris diuini.



QVÆSTIO II.

Quo amore Deus extrinseca bona creata vniuersim profsequatur.

1. Affectus voluntatis profectiuus hi vulgo censentur amor strictus, desiderium, quod de nondum habitis est, & gaudium, quod est de iam habitis & possessis: & gaudere Deum de creaturis à se absolute factis certum, citra Theologicam disputationem, ex Genesi est: ubi creata cuncta illico diuina voluntatis plausus & diuini & coniunctum sumpta excepere illis verbis: *vidit Deus quod esset bonum; & vidit Deus cuncta qua fecerat; & erant valde bona*: gaudium autem siue complacentiam de creaturis nec nobis, nec Deo de ipsis, secundum præfatum possibilitatis statum esse possibilem d. 2. ostendimus, indeque nec circa creata pro eo possibilitatis statu præfatum vltimum strictum amorem esse posse ostendimus quæstion. 1. certam. 2. quare male illum à Recentioribus contra Aureolum citatis locis q. 1. certam. 1. possibilem supponi potius, quam disputari. Quare de desiderio Dei erga creata bona, atque specie altera ipsius, nimirum, restat hac quæstione de creatis vniuersim disputandum: vniuersum, inquam, de creatis bonis; nam de creaturis rationalibus, qua rationalibus, ac Deum redamandi capacibus, & ad quas proinde, ut aliud obicit, amicitia inchoata Dei amor, siue amicitia affectus ex parte Dei esse possit specialis quæstio quarta instituetur. An Deus erga rationales creaturas propriæ amicitia affectu feratur.

CERTAMEN I.

De desiderio Dei erga creata bona: opinionis negantis fundamenta & Auctores.

1. Quæstionem de Dei erga creata desiderio de nomine esse ait Herize d. 20. cap. 3. quod de grauissimis Theologiæ controuersis asserere plurimum Recentiorum usus, vel abusus potius, est: natus quidem ex alio, quod plerique nuperitata vocum significata, reuertuntur à Philosophis, & Theologis definitiones, que disputationibus fixa, & immota principia esse debent, priuato suo arbitrio ac prorsus voluntariè mouent. Hoc eorumque scripta vii scientiarum omnium pestem ab scholis omnibus relegari oportere: quia nulla tandem de rebus disputatione relinquatur: siquidem varietate hac voluntaria significationis vocum, definitionum rerum, permixta in omnibus quæstionibus liberum cuique erit, quo velit modo, vel voce, vel scripto definire: & cum de vocibus, quam de rebus, facilius sit atque expeditior decisio, plures multo erunt, qui laboris radio disputationes solum de nomine esse volent; intactis earum de re difficultatibus, quarum solum & examen, & decisio Theologicum ac Philosophicum sudorem merentur: constat ex dictis q. 1. cert. 5. in quæst. de propria amicitia inter personas Trinitatis, tam disputatione & examine

Q. 2. dignis